TILEMAN-
-NUS
COUS

1681

A A a 26

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

TILEMANNUS

65855/A

VII 3

TILEMANNUS COUS,

VII 3.

h. e.

HIPPOCRATICA PRAXIS

In

Cognitione Medica Affectuum tàm Naturalium, quàm Præter-naturalium, Annorum Climactericorum, Dierum Criticarum, & aliarum mutationum,

E

Tenebris eruta, inq; Uſum proprium antehâc conſignata.

Nunc

Diu publico Candori deſtinata, tradita atque exhibita, ad Typis h.t. demum divulgata.

LONDON MEDICAL SOCIETY

ULMÆ,

Typis Hæredum CHRISTIAN. BALTH. KÜHNII, 1681.

VIRIS

Nobiliſſimis, Perſtrenuis, Magnifi-cis, Ampliſsimis, Experientiſsimis,
Dominis.

Dn. JOHANNI GEORGIO VOLCAMERO, D. & Laudatiſs. Colleg. Medici Norimbergenſ. De-can. Digniſs.

Dn. GEORGIO HIERONY-MO VELSCHIO, D. Philoſophiæ atque Archiatro Auguſtanorum Rei-public. per Orbem Celeberrimo.

Dn. JOHANNI FRIDERI-CO BILGERO, Medic. D. Phy-ſico Campidunenſi, & Practico per longè diffuſam viciniam famigera-tiſſimo feliciſs.

Dn. JOHANNI CHRISTO-PHORO ZWILLING, Junior. Lindavienſi, Secretioris Philoſophiæ Medicæq; Artis, ac Judicialium Pa-triæ Officiorum Cultori graviſs. Pru-dentiſs.

Dnn. Patronis, Fautorib. Honoratiſs. perpetuum obſervandiſs.

D. D. D. D.

Autor

Cl. Dn. Doctori,

JOHANNI ANTHONIDÆ van der Linden, Medico Celeberrimo.

Τὸ ὑγιαίνειν!

EGregium & Illuſtre peragus Opus, vir Nobil. & Experientiſs. Fautor atq; Amice Colende, quòd Hippocratem noſtrum ſub hac formâ, in Librorum Catalogo Francofurtenſium promiſſa à Mortuo reſuscitas in vitam, atq; ita producis ſuperbientem Amictu ſplendidiori in commune Theatrum ſapientum, utinam & ſimiliter Ptolo-

meum Mathematicum juxta Exemplar Græcum, aut Almageſtum Arabic. Scaligerian. Eadem quoq; ratione & Avicennam, qui ſolus Hippocratis βραχυλογίαν amplificaſſe, & Galeni πολυλογίαν contraxiſſe videtur, Romaneque Latinizantem ex Barbaro Orco evocares in Lucem, certe toti Orbi Medico gratiſſimam navares operam, & ſemper honos, nomenque tuum, Laudesque vigerent: Ego enim Scripta Senis perpetuò magnifeci, ut nec adhuc aliter poſſim, ob traditiones Antiquiſſimas quas ab Æſculapio Filio Apollinis Ægyptii, & Democrito didicit accepitque, ob numinis divini ſui Cultum Honorificentiſſimum Deorum, dearumque

rumque per quos ego intelligentias, quæ Aſtrorum motui ordinario præſident, hactenus ſum interpretatus, mentionem honeſtiorem & minus ſuperſtitioſam, ob propriæ Doctrinæ ſingularem ἀκρίβειαν, Judicii gravitatem & pondus, rationis atque Experientiæ conjunctim emicantes radios, aliasque Dotes plurimas, quas in itinere nunc Ratisbonenſi recenſere omnes non ſuccurrit venerabor etiam quamdiu vixero, & cum primum novam Editionem adipiſci continget, eam denuò perlegam & mihi reddam familiariſsimam, in Lecto Concubinam, imò Cordi proximè adjungam: Interim hoc celare non poſſum, me huc usque in eâ opinione fuiſſe, Illum plurima occultaſſe, vel

a 3 po-

potius reſervaſſe ſibi, aliisque Juramento ejus adſtrictis obligatisque, ad oralem ac ſenſualem fortasſis informationem. Nam ſi Coætaneam Praxin tum temporis conſiderem & conferam, notum eſt, quod Medicina Ægyptia fuerit alia Phyſica & Oeconomica, alia Euchetica & precatoria, alia Prophylactica, Amuletaria, characteriſtica, ſiderea & Aſtrea: Ægyptii Plantas Indigenas ſolum ſcrutabantur, & catenas rerum Mundialium ut Elementalia, quibus ſtellis ſubſint, quibus Geniis præſidibus? Membrum animale herbæ propriæ, hanc ſideri & ſigno, hæc omnia Angelo, hæc ſupremo Numini alligabant, quo ſolicitato, reliqua omnia annuebant.

Qui

Qui igitur eadem ſub una catena comprehenſa, in unū componere ſciebat, mira præſtabat. Ex ſimilitudine rerum virtutes cognoſcebant & abſoluta per characteres & relata, & per qualitates manifeſtas ex quinque ſenſibus modo recipiēdi facili vel difficili, ætate, loco, operationibus ſignaturas deſumebant, vel partium, vel ſuccorum, vel morborum, vel actionum, ut modi naſcendi, florendi, generandi, coquendi, prolificandi, &c. ſciebant etiam Nomenclaturam Herbarum exactiſſimam & Catenam Deorum virtutes trahentem habebant quoque ſingulis morbis ſuos deputatos Medicos ſic quæ ſignis Zodiaci ſubſint, quæ Planetis diſtribuebant ex traditione, ni fallor, Judæorum & Rabbinorum qui credebant, Arietem in ortu Cæli inviſibilem emerſiſſe, cū Adam, viſibilem verò cū Eva crearetur, Taurum in ſecundâ Domo, Geminos in tertia & ſic deinceps, unde etiamnum hodie

die Arieti Caput cũ contentis; Tauro, collum, cervix, guttur, vox, &c. adſcribuntur in Electionibus: quorum tamen nativitas cum hiſce non concordabat, nec in Caput, ſed alio modo inverſo ac præternaturali contingebat, illi nec iſta obſervabant, interim domos proprias potius ut primam pro primo egrediente ex utero ſecundam pro altero, &c. attendentes, de quibus ſuo tempore ac loco. Certis anni temporibus, ex Auſtro ardentibus ſabuloſi Soli caloribus venti commiſti, uti exotica ſymptomata in corporibus ita Morbos quoque diverſos faciebant, quos tamen anima Mundi ſeu Quinta Eſſ. loco cuivis propria fortificata pellebat, quod fieri ſtatuebant ſympathicè, Aſtraliter, characteriſticè, aut hieroglyphicê. Quare Medicamenta appropriata certo tempore collecta, deſtillabant in Aquas & Spiritum ſubtiliſsimum, quem cõgruo tempore adhibebant: quia Spiritus membra ſua

ſym-

ſympathica fortificet, ſal aperiat obſtructiones, oleū externa mala reſpiciat, in ea Partis affectione, cui ſymbolum erat, ex quibus aliæ etiam formulæ parabantur. Quinta Eſſ. autem & Spiritu abundare notabantur vinū, balſamum, Aurum, Lapides pretioſos, myrobolanos, lucentes ac ſuaviter olentes. Ad ſpiritum vitalem roborandum recipiebant Cor hominis recent. occiſi, adhuc calidum, (vel in aliis ſcopis aliud membrū) cum herbis appropriatis & ſimilibus deſtillabant & certo tempore ſolum vel cum aliis præbebant: Pro Panacea Rec. Mumiam totam rectè præparat. Miſc. cum frumento, vino, Myrobalan. deſtill. in Sal, aut liquor. vel ex toto corpore, vel certâ parte ubi tamen Hipocrates mihi aliter proceſſiſſe videtur, qui helleborum quoque uſurpavit & evacuationem ſimul requiſivit, non roborationem ſolam ſufficere, imò corpus impurum, quo magis nutriveris, dixit, eò plus lædes:

 in Au-

in Auro inſuper, bonâ Diætâ, naturæ totius μεταμορφώσει ac transmutatione, accuratâ cognitione ſignorum, atq; Methodo ab anteceſſoribus & Præceptoribus ἀκροαματικῶς traditâ atq; accepta plurimum collocâſſe, quæ mihi perſuadeant alibi demonſtrabo. Porrò Divinum Numen aut Genius aliquis inſpirabat, vel per adjurationes & Enſalmos, vel ſomnia, vel apparitiones manifeſtas vel aliis modis. Decem Deos adjurabant, iis ſingulos ſuos numeros conſecrabant, hos in foliis Herbarum, aliisq; rebus inquirebant, quod numero, figurâ, colore correſpondebat Numini ad ſacrificia ſumebant, & in regnum hieroglyphicum: Quod Numen in ſomno iis primum apparuit, illius Catenæ plantam ad Medelam divinabant e.g. Iſidi pẽtaphylla deputabãt & pentadem. Saturni imaginem ad vitæ lõgitudinem ſculpebant in lapide Saphyro, Hora ♄. ipſo ascendente & feliciter conſtituto: ſic alios lapides, juxta

Aſtro-

Aſtrologiam incidebant, aut ex iisdem vaſa Medicinalia, confer. Marſil. Ficin. l. 3. c. 18. de v. c. p Lunâ in Ariete Medicamentum ex frumento, & nenuphare, ſeu Loto Ægyptiaco conficiebant, ad caput & totum corpus roborandum: ſic ſyrupus nymphea cum tritico præparat. omnibus Cephalalgiis prodeſſe ſcribitur: potionem hanc Lunæ ſolarem exhibebant, vel ☌ ☉ & ☾ vel aliis bonis Aſpectibus ut ✶. △. ſimiliter Humorem ex variis ſpeciebus vaſi includebant, ſub Ammonis Iſidis & Oſiridis poteſtate ob ſympathicas, tum hieroglyphicorum, tum Specierum rationes ac poculum ex helite lapide, figurâ cordis faciebant & indebant portionem ex Solaribus deſtillat. hora Solis ebibendam. Idem innuere videtur ipſa Tabula Smaragdina Hermetis Triſmegiſti, ubi per ſuperius ac inferius nihil aliud intelligitur quam Harmonica Catena totius Naturæ ſuperioris atq; Inferioris in concreto, non in abſtracto: quia o-

mnes Magi olim ac Phyſici Practici fuerunt veri Mathematici atq́ Aſtrologi, non ſolum propter Locorum ac regionum planitiem & commoditatem, ſed etiam propter Noah, Abrahami, Joſephi, aliorumq́ Patriarcharũ publicam Profeſſionẽ atq́ Exercitia, quàm doctrinam in Scholis vel audire, vel aliunde haurire optimè poterant: Sic docuerunt quod in primo Coitu Arietis, Martis ſeu Litis cum Tauro ſeu Amicâ venere, juxta Traditionem Cabaliſticam veterem, concepti ſint Gemini, Cælum & Terra, in ſemine & chao Aqueo ſeu album & flavum in ovo Talmudico, cui incubabat Ruach calorem ſuum impertiendo, qui Gemini poſt numeros 900. ſuperintelligibiles & momentaneos ſubitò emerſerint in ÷ tenebroſum ac lucidum, & natus ſit Macrocosmus viſibilis Geminus, cũ Microcosmo Gemino, Adamo & Evâ, atq́ ita omnia ſint Creata Gemina Syrac. 15. 14. 33. 15. 40. 30. 32. quæ ducant vel ad vitam, vel Mortem. Deuteron. 34. 19. Hinc

19. *Hinc die primâ ſeparata ſint Lux & tenebræ realiter, quæ quoad nos Ain ſeu nihil ſint non quoad Deum: ſecundâ Aquæ ſuper Cœleſt. ab inferioribus. Tertiâ Terra & Mare, quartâ duo Luminaria magna, quinta Piſces & Aves, ſextâ, Animalia duorum ſexuum, cum Homine Maſculo & fœminâ, quæ omnia delituerint prius in Orco, Domo Martis, Veneris & Mercurii centrali, inviſibiliter, radicaliter, formaliter, eſſentialiter, ἐν ἀρχῇ ſubſtantificâ, & unitate Archetypica, in qua ſumus, vivimus, ac movemur, ita ut Draco Ægyptiorũ maxima Rota & Progreſſio ſ. Orbis Magnꝰ ſit ſphæra Decima & Baſis Automati: Lapis Molæ Cẽtralis, media, Annua Orbes connexi, & quod iſti Numeri 900. habeantur in Reſchit, & contineant Signa 2½ Progreſſionis Maximæ ♈.360. ♉. 360. ♊ 180. finiantur igitur in 15. grad. ♊. ſub quo Mundus viſibilis cepiſſe credebatur, in Menſe per μετάθεσιν Literarum, inverſi Reſchit*

(Tiſri) die 21. ♌. qui ſextilis cum Maxima invenitur, ſi à Roſch Ethanim (501.) vel Roſchhoſchana (861.) ſubtrahantur 360. reſiduum, 141. ſunt 4 Sign. 21. grad. ♌. qui correſpondet noſtro tempore diei tertio Auguſti Juliani, ex Revolutione Solis Aſtronomicâ, non octavo Septembr. amplius de quo legi poteſt Origanus in Ephemerid. ſuper 1614. Decembr. ut in Creatione, & Calendario Albano fuit, quem Menſem Judæi adhuc hodierni celebrant, atq; hac ratione ſub numero Millenario (Multitud. Typicæ.) patuerit Mundus, prioresq́; Numeri fuerint hieroglyphici ac Archetypici: Mediumq́; Geminorum ingreſsum ſit Multitudinem & compoſitionem: unusq; Mercurius ſeu ſpiritus multiplicitatem Materiæ incentraverit ſimiliter Gentiles etiam ante omnia chaos fuiſse dicunt, atq; illud per longum tempus ſibi & fundum quendam feciſse, tanquam in ovi immanis

formam

formam collectam: ex quo diſrupto quædam ſpecies hominis ſit orta duplicis formæ, quam Maſculofœminam & Phanetam vocant: ex hac prodierit Cœlum & Terra, è Cœlo ſex geniti Mares quos Titanas appellant, Oceanus, Coeus, Crios, Hyperion, Japetus, Cronos, qui Saturnus nominatur: è Terrâ ſex fœminæ (Titanides) Thya, Rhea, Themis, Mnemoſyne, Thetis, Hebe. Ex his omnibus qui primus fuerat è Cœlo natus primam Terræ filiam acceperit uxorem, ſecundus, ſecundam, & cæteri ſimili ordine: Saturnus itaque in Conjugium duxerit Rheam, qui reſponſo commonitus, ſequendam geniturum Filium, qui Patrem Regno pelleret, ob eam cauſam omnes liberos devorare inſtituerit: voraverit ergò Aiden ſeu Orcum, & Neptunum, tertium Jovem Mater Rhea Patri Arte ſubtraxerit, & ne vagitus audiretur corybantas quoſdam cymbala ac tympana fecerit percutere, ſed ob uteri imminutionem Pater cognoverit

vive quam diutiſſimè, ad Neſto-reos Annos meq́ adamantem Tui redama: Ignoſce, quoq́ ſi adhuc unicum monere auſim quia ſapientiſſimum excogitaſti, hactenusq́ continuaſti Inventum de Scriptis Medic. ne ulterius patiaris, totum ſemper Librum augmentis poſterioribus immutari, ut opus ſit antiqua ſeponere, novumq́ emere, quod certe non cujusvis eſt crumenæ; Sed imperes potius Additiones integras ſeorſim ſemper concinnari, juxta priorem methodum, eandemq́ formam, manente ſimul ſalvâ ſtructurâ ichnographicâ, atq́ ita non minus, quam antea, pergas Comitiis ac Reipubl. Medicæ operam præſtare utiliſſimam.

Salve nunc iterum iterumque.

Dr. TH

Dr. *TILEMANNI*

AMULETUM
SPIRITUALE.




10
22
46
NVM
72
NVM
72

Ecce nomen & Agnus DEI, En Crucem Domini !

O Ens entium, ac non entium Deus, ô Alpha & Omega, Cauſa cauſarum ac Finis infinite Finium Deus, ô Vita vivētium ac mortuorum Deus, ô Deus à quo omnia, ô Deus de quo omnia, ô Deus ex quo omnia, ô Deus in quē omnia, ô Deus per quem omnia, ô Deus Deorum Deus, ô Domine Dominā-tium! Æhiæh, Immutabilis Deus, ſed tamen exorabilis, Adonai Domine Deus, Elohim, Gibbor, Juſtiſſime Deus, Elion Excelſiſſime, & ſimul miſericordiſſime Deus, Eloah fortiſſime Deus, Elchai, Sadai, omnipotentiſſime Deus, per imbecillimos etiam. Sancte, Sancte, Sācte Sabaoth Deus, Adonai Tetragrammaton, quod explicare nequeunt omnes linguæ, nec mens, nec ſenſus hominum, nec ſpiritus ſuperi nec inferi, ad quod Cherubim & Seraphim faciem occultant, dæmones contre-

miſcunt,

miſcunt,& quod ego N.N. ingratiſſima creatura, Tanti & A tiſſimi Creatoris, indigniſſimu ſum ſcire, nominare, vel conjunctii ne ſyllabarum pronuntiàre, imò :a Cœlum oculos elevare, ſed tantùm audeo divinatione litterarum Tri perſonificare, Jod, He, Vau, He, iii demq; SS. Trinitatis, atq; Incarna tionis Myſterium adorare. Fugit partes adverſæ, vicit Leo de Trib Judâ, Radix Davidis, ſemen Virgin Deiparæ quod contrivit caput ſe pentis. Fugite dæmones, fugite in mici generis humani, fugite rebell Creatoris, Redemptoris, & Sancti catoris veſtri, &c. Oſculamini dæ mones, maledicti, Hoc Glorioſiſſ mum, ineffabile, hoc magnum & a mirabile Nomē Adonai Tetragram maton, Schemhamphoras, oſcul mini Tau Signatum, atq; Exercitum

Conf. Append. de Mater. Med. ex Dionyſ. Ar pagit. Origen.
Martin Delrio. Soc. Jeſu Levin. Lemn. &c.

Siſ

Sihe/ der Nam und das Lamm GOttes/ ſihe deß HErrn Creutz.

O GOtt/ alles deſſen/ das da iſt/ und nicht iſt/ deß nichts und aller Dingen Ding/ O GOtt Alpha, und Omega, ein Anfang und Urſprung aller Anfäng/ ein unendliches End aller Enden/ O GOtt/ ein Leben aller Lebendigen und Todten/ O GOtt/ von welchem alles/ O GOtt/ auß welchem alles/ O GOtt/ mit welchem alles/ O GOtt/ in welchem alles/ O GOtt/ durch welchen alles/ O GOtt/ aller Götter GOtt/ O HErr aller HErrn! Æhiæh, unwandelbahrer Gott/ der doch zu erbitten Adonai, HErre GOtt/ Elohim, Gibbor, gerechter GOtt/ Elion, allerhöchſter doch barmhertzigſter GOtt/ Eloah, allerſtärckiſter Gott/ Elchai, Sadai/ allmächtiger GOtt/ auch durch die allerſchwächiſten/ Heiliger/ Heiliger/ Heiliger Gott/ Sabaoth/ Adonai, von vier H. Buchſtaben/ welche kein Zung/ kein Verſtand/ noch Sinn der Menſchen/ keine Geiſter/ obere oder niedere/ können verſtehen und außlegen/ vor welchem die Cherubim und Seraphim ihre Angeſicht verdecken/ alle

Gei-

Geiſter erſchrecken / welches ich N. N.
ein undanckbare Creatur / eines ſolchen hohen Schöpffers unwürdigſt bin zu wiſſen/zu nennen/ oder mit Zuſammenfügung der Sylben außzuſprechen/ja meine Augen gen Himmel aufzuheben / ſondern ich begehre nur durch Beyrathung der H. Buchſtaben drey Perſöhnlich machen Jod, he, vau, he, und mit dieſem das Geheimnuß der HHH. Dreyfaltigkeit und Menſchwerdung anzubetten. Weichet ihr widerwertige Partheyen / es hat überwunden der Löw vom Stammen Juda die Wurtzel Davids/der Samen der Jungfrauen Gottes Gebärerin / ſo der Schlangen den Kopff zutreten ; weichet ihr Geiſter weichet ihr Feind deß Menſchlichen Geſchlechts / ihr Rebellen eures Schöpffers Erlöſers / und Heiligmachers / und gebt die Flucht/ꝛc. Ihr Geiſter/ ihr verfluchte küſſet dieſen glorwürdigſten unaußſprechlich groſſen / und wunderbarlichen Namen Adonai von vier H. Buchſtaben / Schemhamphoras. Küſſet das Zeichen deß H. Creutzes/ in der That/ und in der Warheit.

SECTIO

Sectio I.

Medicina

Eſt Ars, quæ à ſenſu notioribus progreditur ad ignotiora ſic inventa eſt, ſic doceri & diſci etiam debet, hocq; modo à Phyſicâ differt: communis enim eſt, non ſolum hominibus, qui ſenſu, ſalubria quæ ſint obſervando Artem fecere verùm & ipſis Brutis, quæ indole Nativâ ſua habent Remedia, à quibus homines etiam quædam accepere. Hinc Hipp. περὶ ἀρχῶν: vulgaribus communibusque ſententiis tranſigendum ait, de Medicis rebus Medicè, de Phyſicis Phyſicè. περὶ ἀρχ. ἰητρ. oportere differentem de Arte γνωςὰ λέγειν τοῖσι δημότῃσιν. i. e. vulgo nota. conf. παραγγελ. ubi probat Uſui junctam rationem. Ætate autem Hippocr. Phyſici ſenſuum Evidentia non utebantur, ſed obſcura ratiocinatione, quare utendum

potius Medicis rationibus ſenſu deprre-henſis quam dubiis Philoſophicis, nec Aeſculapidum ſchola credit, niſi id ſen-ſus teſtimonio oſtendatur, vel ſenſibili-bus quibusdam argumentis actionum & paſſionum naturalium colligatur. Natu-ra igitur rerum ex Medicina optimè co-gnoſcitur. Hipp. περὶ φύσ. ἀνθρ.

Κριτήρια

Namq; duo habemus: Rationem ac Senſum, in quorum utroque & λῆψις, i. e. acquiſitio & φυλακή, i. e. conſervatio ſpeciei, quæ cognoſcitur, perpendi de-bet, quare cognitio una αἰσθητική altera διανοητική. Illi famulantur ſenſus ideas ſen-ſoriis impreſſas ſenſibiles accipiens, & Phantaſia, quæ easdem cuſtodit. Hinc ſenſus eſt προπαθής, quatenus Idea vel ſpe-cies primum imprimitur, & ſentire eſt quoddam pati: ἀναπομπὸς verò quatenus ſpecies ſenſibilis in phantaſia conſerva-tur, & ad διάνοιας transmittitur, ita αἴσθησις eſt ἀναπομπή transmiſſio quædam: διά-νοια eas, quomodoq; quando, & quorſum decet, accipit, conſervat in Memoria, quæ

eſt

eſt potentia cogitativa vel diſcurſiva, ideas à ſenſibus ſibi allatas retinens. Peripatetici diſcurſivam & memorativam diſtinguunt. Diſcurſiva igitur principia & apotelesmata à rebus ſenſibilibus & manifeſtis ſumit non aliunde, alioqui à veritate ratio abibit. Ideò Artium Principia dicuntur indemonſtrabilia, & omnium certiſſima, quia à ſenſibus petuntur, & Medicus ut Doctus fiat ſenſibus hærere debet, i. e. in rebus, quæ fiunt vel factæ ſunt, ſe exerceret.

Διανοητικὴ etiam duas habet famulas: Cogitationem, quæ dicitur παραδέχεσθαι axioma & ſic δευτεροπαθεῖν: ξυντίθεσθαι verò, quia ex plurimis ſingularibus, à ſenſibus oblatis, & per phantaſiam notatis, per inductionem colligit, hinc ipſa ξυνθετικὴ erit, & opus ipſum ſit, ξύνθεσις: καθετικὴ verò, & μνημονευτικὴ quatenus Ideas intelligentes in theca reponit Memoriæ, ut opus ipſum κατάθεσις, ἢ μνήμη, propriè conſervatio & altera famula.

Cognitio Medica.

Autē, tum generalis & ſpecifica, quæ in-

ſufficiens eſt, tum ſingularis & Individua lis præcipuè eſto, 1 vel finis ὁ Anatomicæ vel ὁ Pathologica, Sanitatis aut perfectioris aut valetudinariæ, mediæ ſeu Neutralis ſtationariæ & Mobilis (decidentiæ & convaleſcentiæ) aut morboſæ, futuræ, incipientis (utpote faciliorum curatu) increſcentis, ſive auctæ, aut habitualis & factæ: fitq; remotis remoris atque impedimentis, obſervato modo procedendi in genere ac ſpecie. 2. Remediorum (Alimentorum, Medicamentorum) quoad qualitates & uſum, juxta Methodum ὑγιεινὴν καὶ θεραπευτικὴν: quia vel ſanis reſarciunt deperditam ſubſtantiam, vel vim immutandi corpus habent, à calore tamen vincuntur, unde & contraria & ſimul conferentia dici poſſunt, niſi enim quis dextrè utatur, lædunt, quod fit ignotis viribus, i. e. quantitate, uſu, occaſione, forma, &c. Quæ etiam teſte Hipp. περὶ εὐσχημοσύνης, in confeſſo ſunt, ſenſuque percipiuntur & circa corpora fiunt, partim per omne remediorum genus transformando, aut transmutando: partim per Chirurgiam auxiliando, partim remediando Medicamentis, aut diætâ. Neu-

Neutra ſive Tertia.

Conſtitutio neceſſariò ponenda eſt Ei, qui vult practicè affectibus corporis in ſpecie occurrere. Nam qui talem habent diſpoſitionem, illi inculpati ſanè non ſunt, licet manifeſte læſas actiones nondum habeant, quod eſt de Morbi eſſentia. Quare cum neque ægra, neque ſana ſit, ideo neutra dicitur, per participationem utriusque ſeu media, & quidem decidentiæ, quæ proclivis eſt ad morbos, & jamjam à ſanitate labi incipit: nunquam enim aliquis tranſiit ab exactâ ſanitate in Morbum, niſi per mediam conſtitutionem ſucceſſivè: nec contrà à morbo ad perfectam ſanitatem immediate, à criſi laudatâ febris ſanè ceſſat, nondum tamen verè ſanus evadit æger, quia muniis ad vitam neceſſariis nondum fungi poteſt, nec tamen adhuc æger vocatur, cùm materia Morbi victa ſit & cocta, perque convenientem regionem, aliquâ excretione evacuata. Ubi verò materia à parte in partem vagatur, neq; excernitur, nec ſanus quis dici poteſt, nec à mor-

bo liberatus, hinc neutralitas convaleſcentiæ appellatur. Quæ omnia conſideranda ſunt Medico, ut ſana conſerventur, ægra curentur, neutra decidentiæ; à morbo futuro providenter præcaveantur, convaleſcentiæ autem αναλμπτικῇ refiſciantur, viresq; augeantur,

Sanitas

Facile dignoſcitur ex conſtitutione ſecundum Naturam ad faciendas actiones idoneâ: Neutra non tam facile: Morboſa facilimè, quia ſtatim ægrotum dicimus, cum aliquis neceſſariis ad vitá muniis fungi non poteſt, idque vel in partibus quibusdam vel omnibus ſimilaribus ſimul, quoad temperamentum, nullo exiſtente Morbo in organis ſive inſtrumentis: vel organicis, ſive manifeſtâ intemperie; vel quoad ſolutionem continui aut contingui, non tamen absque vitio figuræ.

Cognitione

Quadam rudi Idiotæ etiam agnoſcunt perfecte ſanos, & manifeſte ægros:

quæ

quæ Medico neceſſaria quoque eſt, ſed non ſufficit, ob diſtinctas ægrorum Naturas, & ἰδιοσυγκρισίας Morborum: non enim curatur Morbus in genere aut ſpecie, ſed hic Morbus; non curatur in Homine, ſed in ſubjecto ſingulari, Petro, Paulo, quod individuâ proprietate dotatum eſt, deinde etiam Morbi magnitudo, vehementia, parvitas, remiſſio, majus vel minus periculum, tempus, locus, conſuetudo, partium temperamentum, ſitus perpendenda ſunt, ad juſtam quantitatem, & conferentis Remedii (quod non ſolum eſſe debet contrarium, ſed affecto membro etiam accommodatum) ſpeciem inveniendam, ſecundum indicationes particulares: ſic non ſufficit communis aliqua curatio phlegmones, ex morbi eſſentia, ſed ex varietate partium, inſita facultate & ſenſu requiritur.

Morbi futuri atq; incipientes

Sunt tantum in diſpoſitione quadam: facti verò in habitu, at qui augentur, mediam naturam obtinent, leviori igitur medicamento illis proſpicitur, quàm qui

in ἕξει: ſic heſtica in principio nonnunquam balneis vel Epithematis pectori appoſitis, vel alimentis refrigerantibus & humectantibus curatur; marasmus cōfirmatus neutiquam. Sic ophthalmiam incipientem Gal. venæſect. uſu repellentium atq; adſtringentium, in uno vel altero die curavit, niſi totum corpus, & cerebrum fuerit plethoricum, ſi enim multa jam affluxit & decubuit materia, illa per partem evacuanda eſt, priùs autem concoquenda, quod fit non niſi ſuo tempore; melius igitur eſt prævidere futuros & incipientes, præſertim acutos & peracutos intercipere, in quibus eadem die, vel ſaltem intra diem tertium, aut primo ſtatim, ſi fieri poteſt, aut etiam eadem horâ Medicari oportet, nec expectare concoctionem, quibus certe ignoratis, nec victus ratio, nec medicamenta Morbo congrua præſcribi poterunt: ſic per acuti ſunt, in quibus inflammatio eſt interna, vel putredo magna in vaſis majoribus, ubi non ex quâvis parte, ſed per convenientem regionem & κατ' ἴξιν evacuare oportet, idq; ab initio, quia hic revulſio ſo-
lum

lum convenit, per phlebotomiam, non pharmaciam, facilius inſuper eſt, cauſas pauciores & minus adhuc permixtas auferre è corpore, adhuc valido, quam poſt longum tempus & fractis jam viribus. Remedia denique, quæ cauſis à principio tollendis apta ſunt, morbos poſtea augere poſſunt, ut phlegmagoga febres pituitoſas, cholagoga bilioſas, ob id tamen non omittenda, ſic quæ adſtringendo repellunt in inflammationibus, juvant initio, in neutralitate decidentiæ, aut ſaltem primo inſultu: ſed ubi dolor eſt ingens, intendunt illum, & minus proſunt quare principiis obſtandum, ſerius Medicina paratur Marasmo, Elephantiaſi factæ, cancro exulcerato, ſcirrho exquiſito, quos etiam plebei norunt, quibus tamen, quòd incurabiles ſint, prædicendum, ne Empirico more ſanitatem polliceremur, at fruſtra.

Morbi inchoantes

Herbis naſcentibus æquiparantur, quæ non niſi ab exercitatiſſimis diſcernuntur: ut enim lactucæ à betis vix di-

ſtinguuntur in primo exortu, ita Morbi ſæpè ſibi invicem adeò ſunt ſimiles, quos difficilimum dignoſcere, e.g febrim ſpuriam duplicem à quotidianâ, pleuritidem à peripneumoniâ, inprimis pulmonum coſtis annexorum, & dextram ab hepatide, quando dolor ad claviculam aſcendit: febres continuas à ſe invicem, idque ob haſce cauſas: materiæ nimirum, affectionum, Accidentium identitatem, partium vicinitatem, aut contiguitatem ſitum, conſenſum, multorum Morborum concurſum, & ſymptomatum vehementiam, quæ morbos occultant: ſic febris ſynocha putris, & non putris, eandem habent materiam antecedentem, in venis iisdem, accidentia ferè eadem, & parem exitum, ſolâque acrimonia caloris, à putredine orti, differunt, febris Tertianæ continuæ & ardentis eadem eſt materia; hinc in utroque tertio quovis die exacerbationes; ſitu autem innoteſcit, quod Ardentis materia putreſcat in venis cordi ac ventriculo proximis, unde ſitis inextinguibilis, linguæ nigredo & ariditas, aliaque accidunt, quæ febres bilioſas comitantur.

Im-

In Pulmonum de thoracis affectibus confuſionem pariunt tuſſis, difficilis reſpiratio. In nephritico dolore cum Colico, vicinitas renum & coli involutio. Continuitas extremitatis Lenis cum veſicâ, in horum Morbis, qui ſæpe putantur eſſe in ea parte, ubi major doloris ſenſus percipitur, cùm tamen partes extremæ magis ſentiant, ob nervorum conjunctionem, quam interna, quas excreta dijudicant, pus nim: quod ſemper cum lotio exit in interna, ſine lotio verò in extrema parte exulceratâ, ſic in aliorum morborum maximè ſimilium, diverſis ac variis ſpeciebus, ſymptomatumq; vehementium concurſu, quæ, ut lumen majus offuſcant minus.

Futurorum.

Morborum alii paulo poſt, alii poſt longum tempus eveniunt, quidam nullo modo præſciuntur, ut qui cauſas aliquas habent fortuitas, non neceſſarias, vel communes multis, multas & tardas, quæ intervenientibus multis mediis Effectum ſuum producere ſolent, & non

niſi à prudẽtibus deprehẽduntur Qui verò diſpoſitiones evidentes, & occationes manifeſtas habent, uniusque Effectus neceſſarias cauſas, hi ex cauſis præcognoſcuntur. Quæ vel externæ ſunt, & non neceſſariò effectum producunt, niſi interna moveat in Morbis materialibus: vel internæ & certiores, ut calor Solis, nimius motus, alimentum calidius, non ſemper febrim accendunt, niſi accedat corpori diſpoſitio cacochymica, obſtructionibus obnoxia, quia nullæ cauſæ phyſicæ ſuum effectum ſortiuntur, niſi diſpoſitio, receptivitas & mora ſufficiens concurrant. Internis verò præſentibus ſtatim morbus ſuscitari poteſt, ut ab humorum crudorum copia obſtructiones, ab his putredo, ab hac febris, & alia conſequentia. Ante omnia igitur diligenter præcognoſcendæ ſunt cauſæ tum externæ, tum internæ, item diſpoſitiones, & quam vim habeant, in hoc vel illo corpore vel virium reſiſtentiam, e. g. μετὰ λιμὸν ὁ λοιμὸς, quia ex tritici & bonorum allimentorum, leguminum, herbarum, inopiâ, diu aſſervatorum & corruptorum verò copia, prævidemus

demus cacochymiam & peſtem, aliosque morbos ex inſignibus temporum mutationibus, & victus ratione plurimum immutata: ex magnis itidem, in compoſitis, & intempeſtivis corporum alterationibus, ciborumq; uſu incommodo, ut in quadrageſimali carniprivio, ob ſaltationes, frequentes comeſſationes, paſtum piſcium, leguminum, herbarum, niſi piperum & aromaticis ſpeciebus corrigantur, quia flatus & cruditates gignunt, ventrem diſtendunt, & ad articulos prolapſa arthritides quoq; inferunt. E contra Annus fertilis, multis horariis fructibus abundans vel ob præcedentem humiditatem vel præſentem conſtitutionem pluvioſam, præſagit morbos ex catarrhis & prutredine: ex fructibus fiunt morbi circa autumnum. Annus verò ſiccus magna ex parte ſalubrior eſt, & qui eo tempore fiunt, breviores acutioresque exiſtunt. Sic dyſenteriæ multæ, aliiq; fluxus ventris, ac febres fiunt, quo anno frequétiora ſunt pyra, cotonea, meſpila, ſorba, nucés, & cœtera adſtringentia, quia Alvum & meatus internos obſtruunt
 hinc

hinc Excrementa retinentur, cumulantur, acrimoniam acquirunt vel putreſcunt, ad inteſtina expurgantur, magnoque impetu fluxus efficiunt, vel varias ac difficiles febres. Cauſæ internæ præſentes futurum affectum arguunt, ſi plethora ad vaſa ſit, vel rupturam ex ſaltatione, curſu, clamore, exufflatione magna; vel febres, ex ſanguine accenſo; vel in aliqua parte inflammationem, inque imbecilliore ſubſiſtentiam, coacervationem, aut alioqui confluxum Humorum, ſic apoplexia prædicitur iis, qui meracioris vini uſu Caput replent. Si plethora ad vires ſit, febres ex putredine, inflammationes internæ, quibus ad ſummum eſt repletio: Si cacochymia Bilioſa, febres tales, ex cutis denſatione & nimio corporis motu, tumores, pruritus, ſcabies ex humore craſſiore, (præſertim quando ſtuphis, balneis calidis & exiccant, immodicisque exercitiis ad cutim trahitur nec evacuatur) diarrhoeæ, quæ omnia victus præcedentis ratio ſimul oſtendit. Si in cute futuri ſint morbi ex humoris corruptione, color, ſenſus exactus vel hebes

de-

demonſtrat, quia tales ſunt ſucci in nobis, qualia fuerunt alimenta, & tales gignuntur morbi. Ex pituitâ ὑδατίδες in toto corpore, hydrops, hydroceli; ex ſero, Aſcites, fluxus ſanguinis. Color etiam in Hydropicis indicat Humoris dominium, niſi intro confugerint, & quia ſponte rejiciuntur, Humores redundantes. Senſus Ulceroſæ laſſitudinis, pruritus præcedentis, bilioſos vel ſalſos humores: refrigerationis aut ſtuporis pituitam; palpitationis flatum prædominantem: ſic cutis inæqualitas, Ariditas cum obſcuritate, quæ non eſt ex aduſtione Solis, Melancholiam. Ex cruditatibus & aliis Morbis præcedentibus ſymptomata quoq; notanda ſunt, quomodo ſeſe mutuò conſequantur, & quas Partes offectas comitentur, ut Tuſſis omnes Thoracis affectus; Atrophia partes Nutritioni dicatas, vel Principes, vel his ſubſervientes, pulmones: Phthiſin ſequitur Hydrops quemadmo- & ad hepatis, Lienis, Meſenterii affectus: ad calidas Cerebri intemperies, motio inordinata totius corporis; ad frigidas, quies, ad humidas ſomnus; ad ſiccas vigiliæ

giliæ ſuperfluæ, ad ſcotomiam Epilepſia, vel Apoplexia in plethorâ, à longo auriis tinnitu ſurditas, à lacrymis frequentibus ægylops, & alii oculorum affectus: à ſanguinis ſputo phthiſis, à fluxu ventris in pleuritide, peripneumoniâ, niſi primis diebus fiat, & evacuetur cauſa morbifica, in hydrope, phthiſi, & maraſmo, Mors; à febre erraticâ Quartana, à diarrhœâ biliosa dyſenteria quia bilis pituitam obductam inteſtinis, ad ſui conſervationem, ne excrementa acria lædant, colliquat, arrodit, ulcusq; generat, à dyſenteria teneſmus, à fluxu hepatico hydrops; à pleuritide non purgata, peripneumonia lethalis, Empyema: ab hoc non purgato, intra 40. dies, phthiſis. Pleuritis in partibus inferioribus, & infimis coſtis, facilius curatur, ſæpiſſimè fluxu ventris; ſuperveniens autem longæ febri, aut cacochymiæ, plerumque lethalis eſt, à punctura nervorum & tendinum, ſpasmus, à menſium & hæmorrhoidum ſuppreſſione aut immodico fluxu, cachexia, hydrops; ſputum ſanguinis maximè in bilioſis, quod etiam à Dorſi gravitate præſignificatur

catur in iis, qui per intervalla eum rejiciunt, & tuſſis arida, vel vehemens infeſtet. Poſt mœrorem & triſtitiam diuturnam, etiam à manifeſta cauſa, tandem melancholia inducitur, à frequentibus crapulis morbi capitis, Nervorum convulſiones reſolutiones ex cruditatibus & motionibus poſt cibum obſtructiones, in corporis habitu, palpitationes, ex pruritu ſcabies, quando materia pauca eſt, ex argenti vivi frequente tractatione, tremor, ex plumbi fuſione, aphonia, ex aſſiduitate circa fornaces, rubedo oculorum, ex ſcirrho Epatis, vel alius viſceris, hydrops, à longo fluxu muliebri ulcus Uteri, ab ulcere penis male curato, ὑπερσάρκωσις.

Incipientes

MOrbi dignoſci deberent ex ſignis pathognomonicis & aſſidentibus, ſed hæc ob parvitatem ab initio æquè obſcura ſunt, ut ipſi morbi qui nec ſentiuntur, vel non firmati ſunt ob materiam furioſam, hinc inde mobilem ac inſtabilem, quæ interdum pleuritidem, interdum peripneumoniam, ſi genæ rubent, aliosq; mor-

morbos per aposdyta procreant, ſic multi Medici decipiuntur in defluxionibus, præcipuè quādo materia mox cōcoquitur, vel ſi hæc diu aſſervatur, ferè concocta & putrida, deinde in unam vel alteram partem fluit,& ob id citiùs putreſcit. Sic ob alterius Morbi admiſtionem vel unius in alterum degenerationem, cognitio difficilis eſt, etenim qui bilioſus primò apparet, tandem pituitoſus evadit, evicta ſcilicet bili, aut evacuata, permanente pituitâ, ut in Arthritide, febribusq; ſpuriis, multæ febres à ſanguine mediocri excitatæ, in bilioſas vertuntur. Quare omnia ſuperiora in memoriam revocanda ſunt, cauſæ internæ & externæ, præteritæ ac præſentes Anni Conſtitutiones, victus rationes, vitæ ægrotantis inſtituta, ſexus, Morbi Epidemii, Endemii, adhuc graſſantes, vel antea præcedentes. Item Aeger vel Adſtantes interrogandi ſunt, de omnibus quæ præterierunt, ut ex hiſce ſaltem ſpeciem aliquam habere poſſit inveniendi occaſionem Morbi, vel aliquod Accidens, ad inveſtigationis initium ſumendum, vel conjecturandam, etiam

interr

inter loquendum, aut alio modo aliquid conſiderabile audiendo & captando, quod cauſa eſſe, vel morbum producere ſolent, ex cujus contemplatione ſi ſuſpicio oriatur, omnia ad illam referenda ſunt, & ſcrutandum, an hi Effectus ab illa cauſa oriri queant? ſi adſit ſymptoma, cujus morbi, ſymptomatis vel partis ſit immediatum? ubi omnes illius Affectûs notæ per συνδρομὴν comprehendi debent, an huic morbo incipienti conveniant? unum enim ſignum non ſufficit. Quod ſi talia pathognomonica, quamvis debilia, inveniantur, bonum eſt, & ut certius reddatur, oportet illam cognitionem, cum morbo ſimili, vel qui à cauſa communi poterat fieri, examinare, cui ea, quæ Mente concepta ſunt, vel quæ apparentiam magis magisque competant, ex eviſſimo enim Errore circa initia poteſt fieri graviſſimus de Morbi eſſentia, & parte affecta, per totum decurſum.

Vocatus

Igitur ab aliquo Ægroto ſciſcitari debet; à quo tempore cœperit ægrotare, ut cogno-

cognoſcatur, an ſit modo incipiens, aut verò priùs? ubi ſymptomata nunc aliquæ apparuerunt. Si dicat eodem die incepiſſe morbum, ulterius inſtandum, quid ergò fecerit eadem die, quid præceſſerit: an Exercitium nimium, victus ratio mutata, quantitas? ſi exercuit corpus in Sole, bibit vinum, alimenta calefacientia & bilem generantia vel accendentia uſurpavit, præcedens Aeris conſtitutio calida & ſicca fuerit, & ipſe ſit calidus: calidus etiam morbus concluditur, ſi eo Anni tempore vel Tertianæ intermittentes, vel continuæ graſſentur, talem quoq; ſuſpicabimur. Si in ſuper calidus ſit ad contactum, amarorem ſentiat, aliquid bilis evomuerit, aut dejecerit, capiti doleat, atque omnia hæc vel plurima conſpiciantur, febrim etiam bilioſam conjicimus, præſertim cùm cauſæ ſuperiores tam validæ ſunt, corpus bilioſum, rarum, adque febrim diſpoſitum. Porrò ad ſpeciem, an continua ſit, an intermittens, deſcendendum: h. m. ſi cum rigore inceperit, quærendum, quam diu duraverit prima acceſſio, an quinque, octo, duodecim ho-

ras ? an in ſudorem, & ἀπυρεξίαν deſierit? ſic intermittentem tertianam pronunciabimus: ſi non deſierit poſt 24. Hor. etiamſi ſudaverit, & cum quadam inæqualitate, ac rigore non vero inceperit, nec tamen aliquam intermiſſionem ſenſerit, Continuam dicemus.

Quæ iterum vel συνεχὴς, & continens eſt, vel σύνοχος & continua: hæcque à ſanguine, quando nempe ſemper ſui ſimilis eſt & æqualis, vel in creſcendo, vel conſiſtendo, vel decreſcendo, quod ex ægrotorum & Adſtantium confeſſione relatione que auditur, ſignaque Plethoræ adſunt, multus ſomnus, tempus vernum, diæta plurimum nutriens præceſſit. A ſanguine quidem inflammato, cùm ſomnus longus, calor mitis, plethora magis ad vaſa, quam vires, quæ quarto, vel quinto, vel ad ſummum ſeptimo die ſolvitur, niſi in aliam tranſeat, à corrupto autem & putre facto, cum calor acris fuerit, plethora magis ad vires, quam vaſa, minùs dormiunt, plus ſitiunt, unde dilirium majus prædici poteſt, & ad 7. vel ultrà ſeſe extenſuram. Si non à ſanguine ex continentibus

tibus erit, vel Tertiana à bile, ſi fumi a-
eriores inducant vigilias, corpus multâ
bile abundet, adſit æſtus, tertio quovis
die exacerbatio, calor acris & mordax,
cum quadam cutis ariditate, urinis valdè
flavis. Continua quidem, quæ ab Ardenti
te diſtinguenda eſt, in hac enim eſt ſitis
inexhauſta, linguæ ingredo, & ariditas;
maximus circa ventriculum æſtus, quæ
duæ etiam frequentiores ſunt reliquis;
materia inſuper & loco differentes. Nam
Quartana continua rariſſimè fit ob ma-
teriæ penuriam, nec niſi poſt intermitten-
tas malè curatas, irritatas, aut exacerba-
tos, vel in peſtilenti ſtatu, ob Carbuncu-
los venenatos graſſantes, contingit. Quo-
tidiana verò continua frequentior eſt,
quæ ex acceſſionibus quotidianis circa
noctem fieri ſolitis, calore febrili minus
acri, ſiti (niſi in pituita ſalſa, ubi major
eſt) non urgente colligitur. Atque ita
ex cauſis calorem, indebilem, ex hac
morbum bilioſum, ex hujus propriis In-
diciis ſpeciem ſpecialiſſimam febris co-
gnoſcimus. Sic Partes affectas ex acciden-
tibus partium propriis: ut ſi æger com-
quer-

queratur de ἀνορεξίᾳ, à calida intemperie ventriculi os affectum erit,niſi fiat à pituita dulci,vino meraciore,quod famem ſolvit,in principio paſtûs, vel juſculis pinguibus ac dulcibus, ſi de fluxu ſanguinis tenui, aquoſo loturæ carnium ſimili querela incidat, tum Epatis imbecillitas ſignificabitur, niſi ſit ab hæmorrhoidibus, in corporibus cachecticis, ſanguine diluto abundantibus, quod ἀυλοφία venarum ſedis,an turgeant, vel ſuppoſitorium immiſſum detegit, nec tumor aut gravitas Epatis colorque faciei illud confirment. Ubi caute ſemper agendum eſt,nam maxillarum rubedo peripneumoniam quidem oſtendit, niſi hæmorrhagia Critica ſit futura, quæ ex die diſcernitur, ubi tota facies rubet, priusquam ſanguis Narium effluat,vel æger etiam ſanitatis tempore ſit rubicundus quare plura ſigna addenda, nimirum difficilima reſpiratio, ſputum ſpumoſum, pituitoſum, vel coloratum à bile, dolor gravis in pectore, vel punctorius quoque in altero latere, per conſenſum Pleuræ,vel quibus Pulmones, alias liberi, membranis annectuntur, ſic

ſi æger tuſſiat, per concurſum Accidenti-um & Partem & Affectum inveſtigamus h.m.tuſſit cum febri, reſpirationis diffi-cultate, ſputo colorato, dolore punctorio E.pleuritis eſt: inſuper rubent maxillæ præternaturaliter, difficilius reſpirat, in-terdum cum dolore gravativo ſolo, E. peripneumonia eſt. Sic ex uno ſympto-mate in aliud, ex Morbo in alium deve-nimus: Atrophia arguit, vel diſtributio-nem Alimenti impeditam vel ejus pra-vam conſtitutionem: illam ex gibbæ he-patis obſtructione, quam gravitas poſt ſecundam concoctionem, ſeu tempore diſtributionis notat; hanc ex intemperie Cordis, ventriculi, vel aliarum partium nutritioni inſervientium, colligimus. Sic à genere ad ſpeciem ſpecialiſſimam Part-vi Morbi, ſemota aliorum multitudine facilius deprehenduntur, inprimis ſi infi-nitum quaſi numerum ad ſumma quæ-dam genera & univerſalia redigimus, ab hisque deſcendendo ad ultimam ſpeciem per differentias procedimus, e. g. genus generaliſſimum eſt affectus præter natu-ram, qui morbum, cauſam, & ſymptoma

a ſub ſe comprehendit, & ille eſt vel intemperies, cum aut ſine materia, vel ma-a conformatio, vel ſolutio continuitatis: vel qualitas mutata, & vitium cutis, vel tumor, adnatum, vel functio læſa, dolor, rejectum, retentum aliquod; quæ omnia inquiri poſſunt, aut ordine, aut ab illo initium faciendo, quod maximè urget & conſpicuum eſt, ægriq; querelis expoſitum. Nam ſi laboret aliquis, E. aderit affectus p.n. generalius ita dictus, ſi non dolor, E. alius, ſi dolor, E. ad imam ſpeciem progrediendum, donec ad partem affectam pertingatur: ita ſi quid immodicè excernatur de rejecto judicandum, vel è contrà de retento, quod ſolebat effluere: ita etiam de tumoribus tum internis, qui gravitate vel duritie deprehenduntur, ſi ad juſtam magnitudinem non pervenerint, in quibus ſubſiſtendum, tum externis, ſimiliter de Adnatis, vitiis cutaneis (ſcabie, vitiligine) ſolutione continui, Intemperie, num ſentiatur calor, frigus in aliqua parte, aut toto corpore? ſi non, ad colorem, oris ſaporem, & alias qualitates ſecundas deſcendendum,

ſi nullum ex his, ad malam conformationem (vitiatam figuram, numerum, magnitudinem, aut connexionē) actionem læſam, num malè videat, audiat, ſentiat, guſtet, ratiocinetur, concoquat, aliaq; vitæ munia perperam exerceat? ex ægroti relatione, vel noſtra conjecturâ tendendum, cum neque Urina, neque alia occaſio initium inveſtigationis præbet; quando verò morbus aliquis graſſatur, ab eo inchoandum, vel ſaltem ſuſpicio aliqua de eo concipienda eſt.

Nos nunc

A notioribus καθ' ἡμῶν αἴσθησιν progrediemur ad ignotiora, etiam κατὰ τὴν διάνοιαν ſolum intellecta; quia Medicus debet eſſe ſenſualis, & φιλόσοφος ἰσόθεος: Senſu autem notiora ſunt: 1. Accidentia, 9. Prædicamentalia, quæ in verâ Entitate ſuâ ſunt vel realia, permanentia, ut Qualitates (potentia & impotentia naturales, diſpoſitio & habitus, afficientes & patibiles figura) ſucceſſiva ut motus in Actionibus

nibus ac Paſſionibus: vel modalia abſoluta, ut quantitas (ſignata, vel non, continua cum Tempore, & diſcreta) reſpectiva ſecundum eſſe, ut relata, correlata, ſecundum dici, ut ubi, quando, ſitus, habitus. 2. Excreta atque retenta. Inter quæ præſtat ſtatim diſcernere poſſe ſymptomata urgentia, & morbos acutos, à non talibus, ut protinus occaſio arripiatur, ne evolet, nec in manibus amittatur.

Dividemus igitur, Antelogio hoc communi in anteceſſum dimiſſo totum ſeq. opuſculum ſpeciale, in Tres Sectiones proprias, quarum prima eſt Anatomica, Hiſtorica & Phyſica naturalis. Secunda Jatrica & Manualis (enchirica.) Tertia pathologica Διάγνωσις (πρόγνωσιν nunc enim nobis reſervabimus) vel poſterioriſtica (accidentaria ſive prædicamentalis, & ἐκκριμολογική) vel Prioriſtica & Aſtrologica.

Anatome

VEl eſt univerſalis, de Hominis dignitate, Artis Præſtantia, utilitate, neceſ-

ſitate, præceptisque generalibus: vel Particularis Phyſica, agens de corporis partibus ſimilaribus: oſſibus omnibus (ſceleti) ut capitis, (cranii, faciei) trunci (ſpinæ, ilium, thoracis) Artuum (manuum, pedum) Cartilaginibus ac unguibus, vinculis ac ligamentis, membranis (tunicis, cuticula, cute,) villis (fibris, pilis) vaſis (venis, arteriis, nervis) carnibus (viſcerũ ſeu parenchymatum, glandularum, muſculorum, horumq; tendinum) de diſſimilaribus, ſive organis naturalibus, nutritionis, ac procreationis (virilibus, muliebribus, cum fœtus hiſtoria, principiis, conceptione, conformatione, auctione, vita, motu, partu.) vitalibus (pulſus, reſpirationis) Animalibus principis Cerebri, & ab eo ortorum, ſenſuum, motuum.

Partes

Corporis Humani ſunt, vel ſpiritus (ἐνορμῶντα) vel humores (ἰσχόμενα,) ſua natura talia, non ſitus ratione, ſed à ſolidis diſtincta) vel ſolidæ (ἴσχοντα) Harum aliæ ſimilares & ſimplices, aliæ diſſimilares & organicæ, ex ſimilaribus compoſitæ:

ſitæ; illæ ſunt oſſa, cartilagines, ligamenta, membranæ, fibræ, vaſa, carnes: Hæ organa triplicia: Naturalia nutritionis (χυλώσεως, αἱμαλ' ἢ χυμώσεως) & aſſimilationis ὁμοιώσεως, μεῖεωρισμȣ͂ καὶ ἀερωσεως, ἢ ζημώσεως, & auctionis Individui vel procreationis fœtus ſeu ſpeciei in infimo ventre aut regione. (abdomine.) Vitalia, pulſus ac reſpirationis in medio (thorace.) Animalia, in ſupremo (capiti) rationis, ſenſuum, motuum, atque ita univerſum Corpus in 3. ventres, deinde Artus ſecatur.

Partes

OMnium Regionum atque Artuum, ratione ſitus exterioris & interioris, ſunt vel continentes communes quinque: cuticula, cutis, adeps, panniculus carnoſus, muſculorum omnium membrana; aut propriæ: Abdomini, intra & extra uterum Umbilicus, decem Muſculi, peritonæum, vel Contentæ chyloſi inſervientes: Epiploon ſeu omentũ, ſex inteſtina (tria tenuia: duodenum, jejunum, Ileon. 3. craſſa: cœcum, colon, & Rectum) ventriculus ſeu ſtomachus, diviſus in duo

orificia & fundum. Hæmatoſin primam perficiunt hæc viſcera: Meſenterium, pancreas, hepar ſeu jecur, veſicula fellea; Lien ſ ſplen, Renes duo, totidem ureteres, veſica urinaria, cujus meatus urethra vocatur. Generationi ſeu procreationi ſpeciei dedicatæ ſunt: genitalia duplicia, virilia: vaſa ſemen præparantia, Epididymis ſeu paraſtatæ varicoſi, excoquentia, teſtes, deferentia, veſiculæ, excipientia, & glanduloſi proſtatæ, idem aſſervantia. Penis, Muliebria: vaſa præparantia, deferentia teſtes, uterus cum & ſine fœtu.

Thoracis demonſtrantur hoc ordine: Mammillæ, inprimis Mulierum, diaphragma ſeu ſeptum transverſum, pleura & mediaſtinum, pericardium, cor cum duobus ventriculis, totidem auriculis, vaſis 4. (vena cava, vena arterioſa, arteria magna, arteria venoſa) diverſimodis in fœtu edito, ac non edito, eorumdemq; valvulis ſeu membranulis mirabilibus. Pulmones (primarium reſpirationis organum, ut Cor Pulsûs: Ambo vitalia inſtrumenta) qualis eſt etiam glottis, particula cartilaginis arytænoidis, ſimilarem

vid.

vid. inf. œſophagus thoracem tranſiens ad ventriculum potius pertinet. Ubi Cordis ventriculus dexter comparari poteſt Cucurbitæ deſtillatoriæ fundo: vena arteriosa, Collo: Pulmo, Alembici capitello: Arteria venoſa, roſtro: cordis ventriculus ſiniſter, vaſi recipienti, vox autem Humana ita fit: quando Muſculis Thoracis intercoſtalibus comprimuntur Pulmones, tanquam folles organi Muſici, ex his Aër pulſus per Arteriam Aſperam deducitur, ibique in aërem alium ad Laryngem usque, & ejus fiſſuram glottida, oppoſitu Epiglottidis retentum, impingit, hic ad guttur, ſummamq; Arteriæ partem illisus ſonat: gurgulio quaſi plectrum, ad ſuavitatem & moderationem facit, Lingua dearticùlat, præſertim lata, certe temperata, Palatum cavum & aſperum detinet & congeminat, dentes quaſi commoliunt, Labra magis diſtinguunt, quæ ſolum formant b. m. p. y Lingua d l. r. t. dentes, c. f. f. z. palatum K. Q. Guttur A. H. Primarium igitur Inſtrumentum ſolitarium nullum eſt, ſed plura conjungenda ſunt, inprimis Aſpera arteria,

ria, Larynx, epiglottis: ex quorum naturali conſtitutione, vel aëre, vel modo expirationis differentia oritur.

In Capitis Anatome oſtenduntur: Capilli, pericranium, craniũ, craſſa meninx ſeu dura mater, tenuis ſeu pia mater, Cerebrum, cerebellum (princeps inter animalia, ut Cor vitalium, Epar naturalium) Medulla à cerebro & cerebello ſimul orta, contentaque partim intra cranium, partim in ſpina. Senſuum 4. principum organa in facie locantur; oculi viſionis ſedem anteriorem & ſuperiorem occupant, componuntur, præter part. ſimilar. reliquas è tunicis 6. (conjunctiva, *cornea*, *uvea*, in qua pupilla conſpicitur cryſtallina ſeu *aranea* reticulari, vitrea) aliis 4. ſufficiunt qui adnatam pro 2. portione 1. pericranii, innominatam pro muſculorum, retinam pro nervi optici quadam expanſione, ligamentum ciliare pro araneæ particula habent, ſic corneæ pars poſterior dura eſt, ut choroides, uveæ, ac araneæ anterior, idolum, Humoribus 3. (aqueo, cryſtallino, vitreo.) Modus autem videndi, hic eſt: ſpecies viſibiles per cor-

orneam pupillamque admiſſæ, & per omnes 3 oculi Humores delatæ, inque is variè refractæ, modulatæ, tandem in tunicam retiformem appellunt, & eam imagine rei externæ depingunt, ut principale viſus organum.

Auris externa (auricula) habet alas ſeu pinnas ἕλικα (anfractum & capreolum) anthelica, ſuperficiem gibboſam, ἀντιβολὴν, σκάφην ſeu lintrum, concham (cujus ſuperior pars & pavimentum) ſinum, foramen (meatum auditor. & alvearium) hircum, ἀντίτραγον Xiſterion, lobum. Interna habet meatus ſeu ductus V. tympanum, chordam, oſſicula 3. (Malleum, incudem, & ſtapedem) cochleam cum 3 cavernul. (pelvi, labyrintho, buccinâ) Aërem innatum, Nervum Auditorium, cujus dilatati tunica, oſſis petroſi concavitatem extremam veſtiens, eſt pars præcipua Auditionis.

Naſus ſimiliter externus eſt, internus (olfactus primarium) Lingua cum palato, guſtûs & ſermonis organum. Tactus toto reliquo corpore per membranas dif-

 fuſus

fuſus eſt, ut ſenſus exterior univerſalis, re-
liqui 4 particulares dici poſſint.

Oſſa

Horum univerſa ſeries & compages, σκελετὸς dicta, tripartito dividitur, in Caput, truncum, & Artus. Caput in Calvam ſeu Cranium (cum 8. oſſibus, diſtinguentibus ſuturis: nimirum, 6 propriis, uno frontis, occipitis, duobus ſincipitis, temporum, in quorum utroque 3 oſſicula, ſtapes, incus, malleolus continentur, communia ſunt ſphenoides & ethmoides, cum Zygomate) faciem cum maxilla utraque (ſuperiore 11. oſſium: inferiore, duorum in junioribus) & utriusque dentibus 16. (4. inciſor. 2. canin. 10. molaribus per gomphoſin implantatis.)) Truncus in ſpinam (cervicis 7, vertebras, dorſi ſive thoracis, 12. lumborum. 5. oſſis ſacri, 4. cujus extremum coccyx dicitur)) coſtas, 12. utrinque 7. veras, & 5. ſpurias ſeu nothas (quibus os ſterni anteriore parte, duæ claviculæ ſuperiori, & duæ ſcapulæ poſteriori, annectuntur) os innominatum (Ilium, iſchii, pubis.))

Artus

Artûs in manus h. e. brachium ſeu humerum unicum, cubitum cum duobus (radio & cubito) & extremam manum (carpi 8. metacarpii 4. digitorum 15. cum ſeſamoideis) in Pedes: h. e. femur (unicum) tibiæ duo (peronem, tibiam, cum rotulâ) extremum (pedii ſeu tarſi 7. metapedii ſeu pedii ſimpliciter, 5. digitorũ, 14. os autem ypſiloides ſ. hyoides ſingulare eſt. Ex quibus inferiora ventris ac pedum aptè correſpondent ſuperioribus thoracis ac manuum, ut pedes nihil aliud ſint, quàm Manus inferiores, e. g. cum ſcapulis, coxendicis ac Ilium; cum claviculis, Pubis: humero, femur; ulnæ ſeu cubiti 2. tibiæ ſeu cruris 2. radio, fibula, carpi 8. tarſi 7. metarcarpii. 5. pedii. 5. digitorum 14. proceſſus ulnæ σιγμοειδὴς ſeu olecranum cum patella: planta pedis, cum vola manus: pes contractus cum pugno: explicatus, cum palmâ, & ſi defectus octavi oſſis tarſi ſuppleatur genu mola ſeu patella, paria prodibunt, nempe 30 quæ duplicata faciunt artuum oſſa 60.

Eorum verò partes triplices ſunt: 1.

præcipua, primarium os, à Natura conſtructum, mediam ſedem, occupans, omnium duriſſimum. 2. oſſi adnata, ἐπίφυσις, os per ſe toti oſſi per σύμφυσιν annexum, cujus ſubſtantia rara & laxa; à primo ortu ferè cartilaginea, ſenioribus calore per motum excitato, ſiccior, cujus numerus: una in coſtarum radicibus, & puerorum dentibus 2. in tibiâ, perone, cubito, humero, radio, triplex in oſſe ilium. 4. in femoris oſſe, 5. in vertebris, uſus ſeptem. 3. protuberans proceſſus ἀπόφυσις, pars oſſis legitima ex ipſo oſſe eminens, cujus uſus duplex. Inſtar labiorum ad ſinuum orbem dicuntur ὀφρύες, ἄμβωνες, χείλη, ἴτυες.

Utraque ἐπίφυσις & ἀπόφυσις, pro figuræ varietate ſunt triplices: Caput, ſi rotundo tubere promineat os, ut plurimum ἐπίφυσις, oblongum in femore, depreſſum, κόνδυλος, 2. cervix, ſi è gracili principio ſenſim dilatetur, & ſemper ἀπόφυσις. 3. κορώνη mucro, ſi in acutum finem protuberet, στυλοειδὴς ἀγκυροειδὴς, κορακοειδὴς, μαστοειδὴς. Cavitates βαθμίδες profundæ, κοτυλαι, κοτυλίδες: ſuperficiariæ, γλῆναι, γληνοειδεῖς. Arti-

Articulatio ſeu σύνθεσις fit per ἄρθρον 1 διάρθρωσιν, quæ laxa, eſt vel ἐνάρθρωσις in cavitate profunda vel ἀρθρωδία in ſuperficiaria vel γίγγλυμος, ubi excipit idem os, & excipitur ſimul ab unico oſſe, ut in cubito & brachio, aut excipit unum & excipitur ab alio in vertebris. 2 συνάρθρωσιν ſtrictam, quæ vel ῥαφὴ ſervata aut περὶ ὄνυχα: vel ἁρμονία, vel γόμφωσις. 3. neutram particip. utriusque: coſtarum cum ſterno & vertebris, oſſiũ carpi & tarſi, per σύμφυσιν vero ſ. ἕνωσιν ἔστω σφυλακὴν cum medio per συγχόνδρωσιν in oſſ. pubis & maxill. inſer. συννεύρωσιν in omni: συσσάρκωσιν in hyoide & ſcapul. ſine medio, oſſa mollia ac fungoſa, & Epiphyſes ferè omnes.

Cartilagines.

Præcipuæ ſunt: palpebrarum, Aurium, naſi, epiglottis, Laryngis 3. (ſcutiformis, annularis, & arytænoides.) aſperæ Arteriæ. ſpinæ, thoracis (coſtarum, Xiphoides) Articulorum.

Ligamenta.

Vincula notabilia ſunt: capitis, oſſis hyoides & Linguæ, ſpinæ & thoracis, omoplatæ ſeu ſcapulæ, brachii, cubiti

& radii, carpi & digitorum. Ilium, pubis, femoris, tibiæ, pedis extremi.

Membranæ

Tunicæ aliæ ſunt fœtûs, aliæ editi animalis. Univerſales, particulares, oculorum, &c.

Fibræ, villi.

Alii ad motum naturalem (inteſtinorum) vitalem (cordis) animalem (muſculorum) infiniti quaſi ſunt, ſitus ratione alii recti, obliqui, transverſi.

Venæ

Maximæ ſunt duæ: 1. Portæ, è cavo hepatis, antequam dirimatur in 2 ramos: ſplenicum ſeu ſiniſtrum cum 4 ſurculis (gaſtrico minore, epiploico dextro, coronario ſtomachico, epiploico poſteriore, quibus vas breve addatur à Liene in ventriculum) Meſentericum dextrum cum 3 venis primariis (hæmorrhoidali internâ, cœliaca, & meſenterica propriè, à qua omnes meſaraicæ oriuntur) à trunco 4. emittit ſurculos: cyſticum, gaſtricum, gaſtrepiploicum & inteſtinalem. 2. Cava, è gibbo hepatis in 2 truncis: deſcendente, qui 5 utrinque diſpergit

ſper-

ſpergit venas, adipoſam , renalem ſeu emulgentem, ſpermaticam, lumbarem & muſculoſam antequam in ramos iliacos, dextrum & ſiniſtrum, diſtribuatur, à quo utroque intra abdominis cavitatem, 4. pares venæ ſcaturiunt: Sacra, hypogaſtrica, epigaſtrica & pudenda. Extra abdomen per inguina in ambo crura, cruralis dicitur, cujus potiſſimum venæ: ſaphæna, iſchias minor, muſcula, poplitea, ſuralis, & iſchias major. Aſcendente verò cum 4 Canalibus: venâ phrenitica ſeu diaphragmatis coronali in Cordis Baſi, azygo (in dextro latere ad thoracis vertebras, ſine pari in ſiniſtro) & intercoſtali, cum 2. Ramis, ſubclavio & interno 5 venarum (mammariæ, thymicæ, capſularis, cervicalis & muſculæ.) Axillari autem & externo 3. (thoraciæ, baſilicæ vel profundæ, vel ſubcutaneæ & cephalicæ, à qua ſalvatella, inter annularem & parvum digitum, mediana verò ex duabus baſilicâ & cephalica, in cubito interno concurrentibus.) Ramus ſuperclavius in 2 venas jugulares, internam & externam, ad colli, cum capitis nutritionem. Hic nota, quòd radices

dices venæ portæ ac cavæ, ab hepate ſeparatarum, cum anaſtomoſibus, eleganter exprimit Braſſicæ folium ab Erucis eroſum.

Arteriæ

Magna ſeu aorta è ſiniſtro Cordis ventriculo, habet ſtipitem aſcendentem cum duobus Ramis ſubclavio 5 Arteriar. (intercoſtalis, mammariæ, muſcular. cervicalis & Carotid. ſ. ſoporariæ) axillari, à qua thoracica & baſilica, cujus ſurculus in carpo à Medicis tãgitur. Deſcendẽtem cum 9 propagin. (intercoſtali maj. phrenica, cæliaca, meſentericâ ſuperiore, renali ſeu emulgente, ſpermatica, meſenterica infer. lumbari, & muſcula (& cum ramis Iliacis: qui inter Abdomen 5 rivulos (ſacrum, hypogaſtricum, umbilicalem, epigaſtricum, & pudendum) extrinſecus in crura, cruralis, ut vena, diſtribuitur, cum hoc tamen diſcrimine, quod venæ foris magis in muſculis & cute emineant. Arteriæ intus circa oſſa ſub carnibus lateant. Umbilici & Cordis, per Pulmones, vid. inf.

Nervi

Nervi.

Cerebrum 7 habet paria ſeu conjugationes, 1. ſunt optica. 2. oculos moventes. 3. & 4. guſtatoria. 5. Auditoria. 6. vaga à quâ recurrentes, coſtalis item & ſtomachicus. 7. linguam movens quibus interdum mammillares proceſſus ſeu odoratus organa adduntur, juxta illud:

Optica prima; oculos movet altera: Tertia guſtat,
Quartaque: Quinta audit; vaga ſexta eſt: ſeptima linguæ:

Spinalis Medullæ verò extra cranium: Cervicis conjugationes 7. brachii & manus 6. thoracis, 12. Lumborum, 5. oſſi Sacri, 6. pedis, 4.

Glandulæ:

Præcipuæ: conarium in plexu choroidæ, glans pituitaria ſub cerebro, juxta rete mirabile, parotides poſt aures, duæ tonſillæ ſeu amygdalæ (pariſthmia in faucibus) totidem, juxta laryngem ſeu guttur, duæ aliæ ad latera œſophagi ſeu gulæ, thymus in pectore, pancreas in Abdomine. Meſenterii proſtatæ, ad ſphincterem veſicæ, Bubonum.

Muſculi

Frontis ſunt duo, Palpebrarum ſex, tres utrinque aperiunt eas duo, claudunt 4. oculos mira volubilitate verſant, 12. ſex in quolibet: attollens, deprimens, adducens, abducens circum agentes duo. Auriculas in quibusdam movent, in aliis ſuſtinent 6. tres dextram, tot ſiniſtram. Nares dilatant duo, occludunt tot. Labiorum 9 quatuor ſurſum movent, tot deorſum, accedit buccinator. Maxillæ inferioris, 10. ſurſum, deorſum, antrorſum, retrorſum, ad latus utrumque moventes. Hyoides os ſuſpendunt & ſtabiliunt, 8 Linguam, anguillæ in modum, ſurſum, deorſum, antrorſum, retrorſum, ad latera, movent, 10. faucium 8. quatuor utrinque ad deglutitionem. Laryngem dilatant, conſtringunt, aperiunt, claudunt, 14 quatuor communes 10. proprii, capitis 14. 6. magni, 8. parvi. Cervicem ſeu collum flectunt 4. extendunt tot. ſcapularum 8 quatuor in qualibet: trapezius, levator proprius, ſerratus minor rhomboides. Brachium utrumque 8. deltoides

oides, ſupra ſpinatus, latiſſimus, rotundus major, pectoralis, infraſpinat. rotũd. min: ſubſcapularis. Cubiti utriusque duo ſunt flexores, biceps & brachiæus: duo extenſores longus ac brevis: Radii utriusque duo ſunt, pronatores, rotundus & quadratus, duo ſupinatores, carpum flectunt duo, extendunt totidem. Digitos 4. manus flectunt 3. palmaris, ſublimis, profundus, extendunt 4. vermicularis, abducunt interoſſei 6. Pollicis 9. ſunt; flexor unicus, extenſores duo, adducentes 3. abducentes tot. Minimi digiti peculiaris, eum ab aliis abducens, ut ſint in qualibet manu - 27. Reſpiratorii ſeu thoracici, 65. diſtendentes, 32. & tot contrahentes, add. diaphragm. Abdominis, 10. obliqui 4. recti 2. transverſi 2. parvi 2. Dorſum movent 10. quinque utraque parte. Ani 4. ſphincteres duo, tot levatores, veſicæ ſphincter unicus. Teſtium duo cremaſteres ſeu ſuſpenſorii, Penis 4. femur utrumque flectunt duo: Pſoas & Iliacus: extendunt tres, Natium Authores: adducunt intro tres, abducunt 6. Obturatores duo, & quadrigemini crurum

ergò

ergò & utriusque femoris - 28. Tibiam flectunt 4. poſtici, extendunt tot (rectu vaſti duo, crureus) adducunt duo (lon gus & popliteus,) abducit unicus mẽbra noſus Sum̃a tibiarum - 22. Pedem totum ſeu tarſum flectunt duo (tibicus Anticus & peroneus) extendunt 4 (gemelli duo ſoleus & plantaris. Digitos flectunt duo (ſublimis & profundus) extendunt to adducunt lumbrici 4. abducunt interoſſe 8. Pollex flectitur unico, extenditur alte ro peculiari, adducitur uno, abducitur al tero. Minimo digito etiam peculiaris ab ductor. Summa Digitorum in quolibet pede - 21 ſex pauciores, quàm in Manu in hac enim pollex longo intervallo ſe paratus à reliquis.

Fœtus

Duo habet Principia: Semen utriusq Parentis commixtum, & ſanguinem Maternum: à quibus 1. ſecundæ forman tur h.e. duæ membranæ, chorion & am nios, ac moles carnea (placenta) item Umbilici vaſa: vena unica Arteriæ duæ, & urachus. 2. ducuntur lineamenta omnium

mnium partium ſpermaticarum, & af-
nduntur parenchymata tum cœteræ
rtes ſanguineæ, omnes rubræ, ut illæ
ermaticæ albæ. In eo benè notandæ
nt admirabiles Anaſtomoſes Cardia-
æ ſeu 4. cordis vaſorum Uniones dupli-
es: unitur enim cava vena cum Arteriâ
enoſa per foramen, cui valvula annexa
ſt, Aorta verò ſeu magna Arteria cum
ena arterioſa per canalem. Quæ tamen
raque unio paucis poſt partum diebus
m umbilico clauditur & exareſcit, ut
adultis vix animadvertatur. In infan-
lo autem naſcituro operantur: chorion,
ſa umbilici, Urachus, anaſtomoſes car-
acæ; otiantibus, ventriculo, vaſis me-
nterii, urethrâ, aſpera arteria: è contra
Nato operantur, ventriculus, vaſa me-
nterii, urethra, aſpera arteria; otianti-
us illis.

Corpus igitur Humanum duplicem
abet reſpectum, quatenus nim: adhuc
nſtituendum eſt in Utero, & quatenus
n conſtitutum extra Uterum. ibi o-
nes partes ſimul delineantur, ſed quæ
agis neceſſariæ, citiùs elaborantur,
quem-

quemadmodum etiam Macrocoſmus à Deo ſimul creatus eſt, deinceps diſtinctus: extra Uterum conſideratur, vel ut vivem ex aere ſic omnia dependent à Corde & pulmonibus, vel ut nutritum, ſic ratione præparationis, à ventriculo & gulâ incipiendum; ratione contenti ſanguinis ab Epate: velut ſentiens ſic à Cerebello. Omnia n. ſunt ξύῤῥοα καὶ ξύμπνοα continua & contigua, imò Circulus.

Artus

Sunt duo: Manus & Pes, motuum organa, Itinerum ac operum artificialium, Tactus, pugnæ quietis, ſtationis & ſeſſionis, decubitûs ac fulcri hactenus ſunt Organa Animæ Humanæ: Actiones ejus verò atque opera certe μυριακισμύρια ſunt, quorum ſynopſin hanc ſubjunctam dabimus ex Amphi Theatro Zwingeri (ita ut Literæ 4. ſumma genera numeri vel majores volumina ſive Tomos XXIX. minores, 122. Libros denotent) de quibus memorabile extat dictum. Daniel. 12.2. & Ioh. 5.29. Qui bonum fecerint, prodibunt in reſurrectionem vitæ

qu

ui Mala, in reſurrectionem condemna-
onis. Nobiliſſima igitur & præcipua
nctio erit, cui ſoli, unicè, ac ſemper in-
mbendum, illa Matth. 6. 33. Luc 10.
r. 42. quæ primò Regnum Dei quærit,
justitiam ejus, ſic reliqua adjicientur:
æ cùm Maria, non cum Martha ſolici-
, bonam partem eligit, nunquam ſepa-
bilem, quia unâ re opus eſt. Et hæc
mnia in Proſperis ad Gratiarum Actio-
em laudemque Creatoris, ob valetudi-
em optimam, ex temperamento, con-
rmatione artificioſiſſima, & ſtupenda
nione promanantem, indeſinenter
os ſtimulare: In Adverſis verò tum
ublicis, tum Privatis, Morte etiam ipſa,
nſolari debent maximè: Quia teſtan-
r, ſe non caſu, ſed ſumma Dei Provi-
ntia, Sapientia ac Bonitate ita exiſtere,
c temerè peritura. Qui enim Ada-
ū è luto Evam è coſta finxit, qui mem-
a noſtra in generatione è ſemine &
nguine diſtincta formavit, qui pilos
ſtros numeravit, lacrymas etiam, qui
ercituum Dominus, Cœli ſtellas, terræ
lverem, guttas Maris, Nivis floccos,
Mon-

Montium lapides, plantarum ſemina, tu
niverſam denique Animalium, homi
num , Angelorum, bonorum at
que malorum multitudinem ἀκατα
ληπτον ſeu incomprehenſibilem ſempe
in conſpectu & numerato habet, audi
omnia, videt omnia, dirigit omnia, ce
cauſa cauſarum, in qua ſumus, vivimu
ac movemur, an ille non numeraſſet oſſa
non numeraſſet carnes? non numeraſſe
viſcera? ſi argentum vivum in inviſibile
etiam atomos reſolutum mortificatum
& quaſi prorſus annihilatum, vel ſpont
ſua, vel ex levi concuſſione ac motu ite
rum confluit ac revivificatur: quid n
Omnipotentia Divina hæc quæ jam ſun
& fuere aliquid conflare & vocare poſſi
cum priùs nihil fuerint, & facta ſunt ali
quid?

Univerſæ Vitæ Humanæ Theatrum
repræſentat Bona ac Mala 1. Animi ſe
Animæ, cujus facultatum & functionum
conſiderantur 1. differentiæ ſeu diſtribu
tiones. 2. Effectus. 3. Notæ, & Indicia ex
terna. II. Corporis, ubi diſſeritur 1. de
fœtu humano. 2. corporis ſubſtantiâ, ſe
xu, ætate, forma. 3. vitæ propagatione

con

nſervatione, reſtitutione. 4. Sanitate
: Morbis. 5. Actionibus corporis inte-
ris,tum læſis ſeu paſſionibus 6. Corpo-
s humani bonis malisq; ſecundariis,ſeu
edicorum 6. rebus non naturalibus. 7.
orte, vitæ humanæ contraria,ejusque
ccidentibus. III. Fortuita,qualia ſunt:
Opulentia & Divitiæ. 2. Paupertas &
opia 3. Nomina nota atque Inſignia.
Magiſtratus quilibet,Regnum,Imperi-
n.5.Libertas,ejusque ſpecies. 6. Servi-
s.7.Amicitia & Inimicitia. 9. gloria ac
onor,10 dedecus & ignominia. 11. A-
enorum bonorum malorumve partici-
atio ſeu communio. *Habitus animi* vel
V. Organicos: facultates Logicas ſeu
ſtrumenta Philoſophiæ. 1.Grammati-
m. 2 Rhetoricam. 3.Poeticam. 4. Logi-
am ſeu Dialecticam. *Philoſophicos dupli-*
s, V. Theoricos veri cognitionem potiſ-
mè ſpectantes in genere, 1. Sapientiam
u theoricam Philoſophiam in univer-
m,ſpecie. 2. Philoſophiam naturalem
u Phyſicam,& Medicinam. 3.Diſcipli-
as Mathematicas. 4 Philoſophiam di-
inam ſeu Theologiam & Divinatio-
 nem.

nem. *Practicos*: VI. Univerſim: 1. Philoſophiam Morum, Legislationē, Jurisprudentiam. 2. Hiſtoriam eximiè dicta. 3. probitatem & improbitatem. Sigillatim, præmiſſis 1. Habitibus intelligentiæ Practicis in genere, ſecundum virtutes medias, & vitia extrema, quæ ſunt: VII. Prudentia. VIII Fortitudo. IX Temperantia. X. Liberalitas. XI Magnanimitas. XII. Clementia. XIII. Studium veritatis Practicæ. XIV. Humanitas. XV. Urbanitas. XVI. XVII. Juſtitia Religioſa, cum Injuſtitia. XVIII. XIX. Profanæ, de quibus poſtea. XX. *Mechanicos*, ubi introducuntur 1. Artifices ſeu Artes mechanicæ univerſim. 2. Operarii ſeu Artes Mech. quorum operæ tranſeuntes tantùm; 3. opifices ſeu opera Mechanica permanentia. *Actiones & Paſſiones*, quarum explicantur. XXI. Inſtrumenta Naturæ Præſidia & adjumenta. 2. Ars cum oppoſita inertia. 3. Exercitatio. 4. Secundaria, ut aſſiduitas, oſcitantia, peregrinationes. XXII. finis. 1. Beatitudo ſeu felicitas, 2. Miſeria, ſeu vitæ H. infelicitas. XXIII. Loca τόποι, 1. Materialiter,

ſum

nt 2. formaliter, quatenus hominem
cant. XXIV. Tempus, χρόνος, menſu-
ans 1. reſpectu numerantis, Chronolo-
ia. 2. ratione rei numeratæ, cui tempus
ccommodatur, ut Annus Chriſti 1626.
tas varias: XXV. Solitariam. XXVI. A-
demicam. XXVII. Religioſam. 1. Na-
ralem, 2. Judæorum religionem Moſai-
m. 3. Chriſtianorũ Societatem. 4. Eth-
icorum. 5 Mahumetanorum. XXVIII.
oliticam 1. Politiam univerſim, quate-
us totum quoddam eſt. 2 Politiarum
auſas in genere. 3. Accidentia i.e. effecta
adjuncta. 4. Singularium locos, poli-
as ſingulares. XXIX. Oeconomicam ſo-
etatem 1. Oeconomiam, ut totum. 2.
Oeconomiæ cauſas. 3. Effecta. 4. Singu-
res.

Virtutes mediæ, cum vitiis in Exceſſu
defectu: ſunt Prudentia. 2. Politica in
nveniendo & conſulendo extra Bellum.
Bellica, ſtratagemata. 4. in judicando,
ριλική, politica & bellica. 5. calliditas,
tutia, verſutia in inveniendo ſimul &
udicando. 6. ſtultitia, & imprudentiæ,
rudentiæ defectus.

Fortitudo 1. generalis, cui opponu tur Audacia, Timiditas. 2. Gravitas: moderatio in rebus ſecundis ſeu proſp ris, cum Inſolentiâ, ſtupiditate ἀναισθησ Stoicâ. Mala 3 Declinans. 4. propulſan 5 tolerans, Patientia, Temperantia voluptatum, & dolorum corporis unive ſalis, cui contraria eſt Intemperantia. Abſtinentia circa Alimenta: voracit nimia. 3 continentia circa venerea: L xuria, ſtupiditas. 4. impropriè dicta minùs excellens hominis tantùm, cir objecta ſenſuum, motus varios, veſt menta, unguenta, habitationes, &c. L beralitas ſeu Magnificentia 1. Modera tio circa pecunias & opes quaslibetcun univerſim. 2 Utens, ſumptuaria ſeu ma gnificentia ἐν δαπάνῃ. 3. Muneraria δόσει dando donandoq; Munificentia. fructuaria ſeu poſſidens ἐν κτήσει, in divi tiarum acquiſitione & conſervatione. Prodigalitas, ejusque ſpecies. 6. Avariti Magnanimitas ſeu Gloriæ & Honoru 1. Studium & contemptus moderatus i genere. moderatæ 2. acceptatio. 3. con ſervatio. 4. Ambitio. 5. Puſillanimitas.

Cl

Clementia & Severitas i. e. moderatio circa iram & vindictam 1. clementia, lenitas manſuetudo, placabilitas, erga eos, qui nos noſtrosve offenderunt, 2 Severitas, & vindicta moderata. 3. Sævitia. 4. Indulgentia.

Studium veritatis Practicæ, candor, libertas, integritas lib. 1. cui contrariæ ſunt 2 ſimulatio ſeu mendax affirmatio, ἀλαζονεία. 3. diſſimulatio ſeu negatio mendax, εἰρωνεία. Humanitas, popularitas, familiaritas l. 1. 2 Blanditia, humanitatis exceſſus. 3. moroſitas, immanitas quaſi inhumanitas. Urbanitas comitas l. 1. oppoſita. 2. ſcurrilitas. 3. ruſticitas ſeu inurbanitas.

XVI. Juſtitia religioſa ſeu pietas 1. univerſim. 2. cultus Dei. 3. cultus hominũ religioſus. 4. rerũ ſacrarum ſeu divinarum. 5. correctiva. XVII. Injuſtitia religioſa: Superſtitio 1. in genere, 2. diſtributiva erga Deum. 3. Homines. 4. res divinas. 5. correctiva Impietas 6. in genere. 7. diſtrib. primaria erga Deum. 8. Homines. 9. res ſacras. 10. correctiva.

XVIII. Iuſtitia profana 1. in univer-

ſum. 2, diſtributiva fida ſeu fides erg quoscunq; 3. diſtributio grata. gratitud 4, officioſa præmiorum ex virtute. 5. co rectiva.

XIX. Injuſtitia profana 1. univerſi 2. diſtributiva 3. correctiva. Sequit nunc *Anatome Particularis Iatrica*, Enchiriâ & modo ſecandi, cujus initiu fit in Abdomine.

SECTIO II.

Integumenta Externa

OMnia integra, & à cœteris lib ra appareant, cutis non mu pinguedine conſpurcata, m pars cuti adhærens, aut mem brana carnoſa pinguedine tecta, li hoc in Pinguioribus vix evitari poſſ cum & ſub ipsâ & ſupra ipſam exiſt Reſupinato igitur cadavere, duc linea à mucronatâ cartilagine, ad umbilicu usque, quo ſalvo dimiſſo, protrahe ea ad oſſa pubis, & deinde ad angulos r ctos, ſeca ex utraque parte, circa reg ne

m umbilici ita, ut Crux fiat, intacto
men umbilico propè quem has ſectio-
s connectes per alias minores, ut hæc
æſens figura oſtendit ✠ fiant autem
ofundè ut cutim ſolam tranſeant, quod
colore cognoſcitur, cutis albo, & pin-
uedinis flavo aut ſubflavo. Hinc cutem
para ab uno ex 4. angulis, cultro trans-
erſo potius, quàm recto, ne partem, aut
ngued. aut cutis lædas, idque in duobus
cis: In angulo nimirum dextro ſuperi-
re, & ſiniſtro inferiore, ad Spithamæ
rofunditatem, poſtea pinguedinem, cū
bſtrata membrana carnoſa, in iiſdem
cis ſepara, ne tamen ſubjecti muſculi
cerentur, præcipue in ſectionibus pro-
ndandis; ſic in aliis duobus angulis, o-
nia junctim ſepara, à ſubjectis muſcu-
s, quibus in locis ſeparanda erit mem-
rana carnoſa, quam perquires, ſub pin-
uedine, cultri cuſpide, eaque inventa, à
perimpoſita pinguedine libera, ne ta-
en laceretur, nec cultro lædatur, quem
erſus pinguedinem ſemper diriges:
enique candelam accenſam cuti ſub-
ove, aut aquam ferventem aſperge, ut

in veſculam elevetur, quæ deterſa, cuſp deque cultri à cute ſeparata, cuticula exhibebit.

Externa Integumenta ulteriùs ſep ra, ut ſcilicet in pectore appareat port ſerratorum, in inferiore parte, marg oſſium pubis & Ilium lateraliter, nc procul à vertebris lumborum, protr henda.

Hinc primum par muſculorum obl que deſcendens ſepara in pectore, ul cum ſerrato conjungitur, per dentat productiones tres, quatuor, aut quinqu aliquando, qui non deſinunt in ſerrato ſed graciles tendines exporrigunt, i marginem inferiorum coſtarum. Qu bus productionibus ſeparatis, juxta lin am ad dorſum, te converte, ut principiu omnium 3. muſculorum illuc prodeunt um ſepares quod fit, ſi latiſſimi fine huc extenſum auferas, quo ſeparato, a elevato, primum tunc muſculum ſepara ne tamen ſubjectum laceres, ductu fibrarum obſervando, quia contrari modo incedunt. Hinc ad ſecundum de ſcende oblique aſcendentem, cujus prin

cip

pium prope primum videbis ad rotun-
um (quadratum) accedens In quo ele-
ando notabis membranoſum principi-
m tertii, quod à proceſſibus tranſverſis
ertebratum provenit: Secundo ſepara-
,ut feciſti primùm ad tertium devenies,
ui dicitur tranſverſalis, cujus principio
idem ſeparato, ad primum iterum te
onverte, usque ad rectos, ſed cum ejus
endinem à ſubjecto tendine, ſcilicet ſe-
undi, ſeparare volueris, ad lineam al-
am usque inferiorem ſeca, poſtquam
pſum ſeparaveris ad latitudinem polli-
is, eumque unitum cum ſuperiore, à
ubjecto recto muſculo ſepara, ubi inter-
ectiones, ſeu inſcriptiones ejusdem recti
nveniuntur, quas ſeparabis, ſi tendinem,
inferius, & ſuperius liberabis, ita ut
uàm ſubtiliſſimæ remaneant ipſæ inter-
ectiones, quas poſtea ſecabis. Obſerva-
is etiam in imo ventris ad teſtes, proces-
us peritonæi quos intactos ſerva.

Primo igitur ad lineam albam usque
ecto ſecundum ſepara, ubi carnoſum
ſt, cum verò incipit in tendinem exten-
i, non ipſum perduc ad lineam albam

usque, ſed poſtquam aliam portionem tendinis ſeparaſti, ipſum dimitte: Dein de ſui portionem, quam ſupra rectum reliquiſti, verſus ipſum ſepara, ita ut rē maneat appenſa ſuo principio & rectum detegas ex toto, tertium poſtea à ſubjecto peritonæo ſepara, idque digitis potius quam cultro, ſed ſub ſterno, ſub quo aſcendit, unà ſternum aut cartilagines ſterni, ad inferiores coſtas diductas eleva, ut totum tuum muſculum videas & à diaphragmate ac peritonæo ſine dilaceratione, ſeparare valeas; caute verſus ſuperiora incede, prout muſculi ſubtiles ſunt, & facile franguntur.

Hinc ad rectos devenies, qui prope mucronatam cartilaginem, aſſumunt venam & arteriam à mammariis internis, quæ vaſa ſervanda ſunt, in parte inferiore, ubi magis conſpicua: Obſervabis etiam, illas inſcriptiones non eſſe in parte inferiore ipſorum, ſed tantum in ſuperiore, ubi ſcilicet tendines muſculorum obliquè aſcendentium & deſcendentium, ipſas tegunt. In his etiam inquire anaſtomoſin, venarum ſuperiorum & inferiorum, quæ aliquando facile, vel diffi-

cultè

culter, vel omninò non invenitur, ob ſummam tenuitatem. Tandem prope oſſa pubis, in fine rectorum aliquando videbis quintum par muſculorum pyramidale dictum, aliquando etiam unum ex his ſolum, aliquando nullum, in quo caſu recti latiores ſunt, prope ipſa oſſa: Hoc quintum par ſepara à lateribus, & ab invicem, ita ut appenſum maneat, lineæ albæ in ſuperiori parte, & oſſibus pubis in inferiore.

Ventriculus, Inteſtina, Omentum, Meſenterium, Epar, Lien & Pancreas.

Diſſecto peritonæo in 4. partes, venam umbilicalem abeo ſepara, usque ad epar, deinde Omentum ab Inteſtino colo, ubi obſerva cavitatem, quæ ipſum Omentum facit, dum adhæret inteſtino colo, ventriculi fundo, Lieni, & Pancreati, poſtea rectum inteſtinum ſepara à ſuo ligamento inferius, quantum fieri poteſt, idque duplici ligatura ligabis, & inter utrumq; ligabis, ejus ſeparationem verſus

ſuperiora proſequendo. Obſerva etiam inteſtinum Colon in fine antequam rectum evadat, flexum facere ad ſuperiora quæ aliquando ad Lienem, aut ſaltem renem ſiniſtrum pervenit aliquando non. Hoc igitur ſepara, verſus ſuperiora, à Rene ſiniſtro, à Liene, à fundo ventriculi ab hepate, à rene dextro usque ad os Ilium dextrum, ubi deſinit: Tunc inteſtina tenuia ſepara à Meſenterio, usque dum videbis, Pancreas annexum, ubi facta duplici ligatura, ut inferius feciſti, facies ſectionem, ut ſupra dictum, & inteſtina extrahes. Poſtquam ab excrementis purgata fuerint, ſupra tabulam extende, ordine conſueto, ſed prius particulam ipſorum ſeca, in quâ tunicas monſtres, facta ſeparatione externa tantum quoniam aliæ ex ſe manifeſtæ ſunt, factâ ſectione ipſius particulæ per longitudinem. Deinde finem Ilei, & principium Coli ligabis, quod per longitudinem ſectum, verſus cœcum, valvulam oſtendit, regreſſumque in tenuia prohibentem. Tandem ipſa inteſtina (inflatis & ligatis extremitatibus) relinque. Hinc Meſenterium

erium ſepara ſed prius partem illam, uæ Colon alligabat in parte ſiniſtra meſo-Colon) & rectum opus eſt ſecare, uod incipies, ubi rectum ſecaſti. Hinc enam,ad rectum protenſam, per ipſam artem ſerva, ſcil. Hæmorrhoidalem internam: & cum ad ſuperiora pervenies, bi os Sacrum deſinit, lateraliter, obſerva, ne aut vaſa ſpermatica, aut ureteres lædas,quod in valdè obeſo corpore, facile vitabis:Hinc ad ſuperiora progredere, & cum ad vertebras lumborum devenies, arteriam Meſentericam inferiorem, ad hanc partem protenſam, à trunco ſepara, & ſic caute aſcende. Poſtea orificium ventriculi ſuperius inveſtiga, & diligenter digitis à diaphragm. ſepara altiusque quantum fieri poteſt, liga & ſeca, Deinde Lienem à diaphragm. libera, & à Rene, ubi caute incedas, ne renem ſuccenturiatum ſimul extrahas, pariter principium nota, vaſorum ſpermaticorum,ſub emulgentibus ex utraq; parte.

Hinc radicem Meſenterii ſepara & duas inſignes arterias, quarum ſuperior Cœliaca, inferior Meſenterica dicitur, à trunco ſepara, deinde hepar à dia-

phragm. libera, cui adhæret per ligg
menium latum, & per multa ſæpe fili
menta, quæ digitis frangantur poſtt
venam cavam, ſupra hepar, propè di
phragma, & ſub ipſo ſeca, ne tamen v
nam ad Renem ſuccenturiatum dextrum
protenſam lædas, quæ altam habet orig
nem, quare truncus ſtatim ſecandus, ſi
ipſo hepate, & ſic omnia junctim extr
henda, à ſanguine purganda, eoque o
dine, quo in corpore exiſtunt, ſupra t
bulam exponenda; & ſi quid in ventr
culo eximendum, ejusq; nervi, circa ſup
rius orificium perquirendi, ſi præſert
altam feciſti ſectionem, qui inventi, du
bus filis ligandi eorumque divaricat
circa ventriculum diligenter ſeparand
& ramus inſignis, ad epar tendens ſe
vandus: ſic venæ & Arteriæ ad eum te
dentes, à ſiniſtris primò aut ramis 3. aut
venæ in membranâ quæ ad Lienem e
porrigitur, ſeparandæ, ſtatim enim va
videbis, quæ tum verſus ventriculum
tum eorum originem, à circumfu
membranis ſeparabis, ubi illud, quod
magis propinquum orificio ſuperio
ventriculi, vas breve dicitur: alteræ g

ſtri

ricæ ſiniſtræ verò & A, verſus fundum
pparebit vena & Arteria, ab his iisdem
plenicis orta, quæ vaſa & ventriculo &
mento ramos porrigunt, & gaſtro epi-
loicæ ſiniſtræ vocantur, quæ diligenter
eparanda & ferè ſemper extenduntur
erſus partem dextram ventrìculi, & jun-
guntur cum gaſtro epiploicis dextris ubi
rteria à ramo cæliaco, vena à meſenteri-
o oritur, ſic in ſupremitate ventriculi ga-
tricæ, dextra & ſiniſtra reperiuntur, ſi
irca ſuas membranas ſeparantur, & in-
ento trunco verſus originem proceda-
ur, vel à ramo Splenico, ejusq; principio,
el arteriæ à ramo cœliaco. In ſeparatione
amen horum vaſorum per ſuperiorem
partem ventriculi diſſeminatorum, ner-
vi ne lædantur: ſic verſus orificium in-
ferius gaſtricæ dextræ reperiuntur, Arte-
ria quidem facile, ſed vena aliquando
non, ejusque loco ſiniſtra, ad pylorum
usque extenſa, ac pyloro annexa aliquan-
do ſine ullo labore, ſi à trunco venæ cavæ
incipiat inquiſitio, & cautè peragatur ob
multa ſervanda circa Epar. Hinc tunicas
in ventriculo ſepara, facta ſectione trian-
gulari Λ· à triangulo verſus inferiora, ſic
ad

ad cavitatem ſeca, mediam & intimam
oſtendendo: tandem duplicaturam o
menti etiam patefaciendo, dimiſſo intr
ipſam chartâ. Remotis ventriculo & O
mento: Pancreas à ſubjectis membraniis
circumfuſis vaſis libera, venulasque &
arterias ad illud porrectas conſidera, ap
penſum tamen inteſtino duodeno relin
que, ut in ablatione ventriculi portio ill
inteſtini relicta à pyloro infra ipſi relin
quatur. Pancreate ſeparato, venam & Ar
teriam ad Lienem tendentem purga
ſed prope arteriam inveſtiga nervu
los ad Lienem diſſeminatos, exile
ſerva, & filo liga, omniaque diligente
purga, & nervum, quem ad Epar tenden
tem ſupra ſervaſti, ſepara usque ad
ipſum, ad quod etiam alterum tenden
tem, prope venæ portæ truncum invenies
& in hujus detectione ſeparatim oſten
dere poteris. Cum ad meſenterium per
venitur, obſervetur Arteria meſenterica
ſuperior, ejusq; truncus filo ligetur, hinc
ejus ramificatio, & venæ per meſenteri
um detegantur, cum multis glandulis,
quarum aliquot oſtendantur, & aliqua
portio membranæ ſuperioris, ut & infe
rio-

oris, ſervetur, cum ortu hæmorrhoida-
s, qui in detectione venæ meſentericæ
ut ſplen cæ invenitur, & ſeparandus eſt
d extremitatem usque, abjiciendo por-
ionem illam, quæ verſus renem ſiniſtrum
iſſeminabatur, ad inteſtinum Colon,
mul cum ligamento, & relinquendo tã-
um portiunculam, ubi rectum contine-
atur. Poſtea ductum bilarium purga,
um ad veſiculam felleam, tum ad hepar,
rope quod arteria à cœliaco ramo ad
epar diſtribuitur, quæ diligenter ſepa-
anda, & prope veſiculam felleam ramu-
us ſatis conſpicuus ad ipſum protendi-
ur, prope quem etiam nervulus exilis:
enæ cyſticæ raro inveniuntur, quæ ſepa-
andæ uſque ad truncum: arteria v. ſta-
im in 2. ramos propagatur ad utrumque
atus hepatis exporrectos; ſic altera ar-
eria ad ipſum hepar tendens à ramo cœ-
iaco, & aliquando à meſenterico pariter
urganda. In purgatione venæ portæ
rope truncum multa filamenta ſunt, ſeu
multi ductus aliquando manifeſtiſſimè
perti, ita ut ſtylum admittant, tum præte-
ea nervulus à plexu ſexti paris donatus
eſt. Pancreas hinc caute ſeca ſecundum
lon-

longitud. ea parte, quâ vaſa reſpicit, ipſiſque adhæret, usque dum ductum ipſius detexeris Wirsungianum: qui per longitud. facile invenitur, & caute tractandus, ubi inteſtino adhæret, in quod inſeritur, ne ductus cholidochus ſecetur, quia ille pancreatis in idem foramen cholidochi ferè ſemper ſe aperit intra inteſtinum & clarè oſtenditur, ſi inteſtina ſecantur ſecundum longitud. tandem membranas Lienis, Hepatis, & externam veſic. fellis ſepara, eo modo, ut ventriculum, detegere etiam poteris aliquas ramificationes venæ Cavæ, per ſuperiorem partem Hepatis, item Portæ per inferiorem, præcipuè duos amplos ramos priores, & inſertionem Umbilicalis.

Renes, ureteres, veſica, vaſa ſpermatica, teſtes ac Penis omnia hæc prius è corpore educenda, ut unita ſunt, & ſupra tabulam expurganda: vaſa ſpermatica elevanda à partibus inferioribus, ubi ex abdomine exeunt, verſus ſuperiora ad ortum ſui usque: notanda etiam vaſa deferentia in parte inferiore, ne cum membranis, quia alba ſunt, ſecentur. Cum id utrinq; factum, Ureteres libera à veſica

acd

adrenes, & hos ipſos eleva ex utraque parte, obſervando, ſuccenturiatos, arteriæ truncum ſeca, & ſi intra productiones diaphragmatis deſcendat: poſtea utrumque truncum venæ ac arteriæ, verſus inferiora ſepara, poſtquam reperies diviſionem rami Iliaci, in internum & externum ibi ſeca, ita ut diviſionem hanc habeas, deinde Scrotum divide per medium, & utrinque unum Teſtem è ſuis involucris verſus ſuperiora ſepara, & nota, ubi ex abdomine exeunt vaſa ſpermatica prope os ileum carnoſum corpuſculum, quod muſculum cremaſterem facit. Hoc diligenter ſimul eleva, & vaſa deferentia, ſepara verſus veſicam, ſed cum prope ipſam illa deduxeris, tunc ab oſſibus pubis, veſicam, & à Sacro inteſtini recti, portionem, quam reliquiſti ſepara, quod manibus etiam fiet ſine cultro.

Diductis hinc cruribus, penem ab oſſibus pubis ſepara, ad cujus latera venas, arterias, nervos, per ſuperiorem partem tendentes, ſeca, notatis muſculis erectoribus, quos prope oſſa ſepara, ſecundum longitudinem, ſimul etiam eleva, inteſtinum rectum, ſecando circa ipſum ad latitu-

titudinem 2. digitor. ne tamen quid læ ceretur exterius & interius,in cavitate oſ ſium, donec ex toto liberentur,quæ ſimu extrahenda, extendenda, ut in corpor diſpoſita ſunt. Hinc rectum inteſtinum ſepara, ſed in parte externâ, ubi muſculi ſunt ut ipſi ſuos levatores erectores, dilatatores,urethræ relinquas. Quo facto in poſterioribus adipoſam membranam ſepara, & in uno latere vaſis ſuis junctum relinque, ut videas ab emulgentibus hu porrigi venas, & arterias, in parte ſuperiore, ac inferiore, ſimul auferas renes ſuccenturiatos, qui ſeparandi,relictis ſuis vaſis,membranâ ſeparata,ſic venæ à dextris ex trunco cavæ, à ſiniſtris ab emulgente conſpiciuntur; arteriæ autem aliquando à trunco,aliquando ab emulgentibus, aliquando ita ſubtiles, ut vix ſerventur.

His ſeparatis,vaſa emulgentia,& truncos,usque ad diviſionem diſſectos purga, obſervando circa arterias emulgentes, nervos ad renes diſtributos, & etiam principia,vaſorum ſpermaticorum: deinde principium ureterum prope renes, à cir-

ircumfusâ pinguedine libera ipſosque
retheres ad eorum usque inſertionem
xpurga, prope veſicam verò vaſa defe-
entia, prope ipſos Uretheres tranſeant;
Hinc veſicam repurga, relinquendo ali-
uam portionem annexam membranæ
xternæ, in parte ſuperiori ac inferiore,
rope collum nota capſulas ſeminales,
um glandulas, quas proſtatas adenoides
ocant, omnia queà circumfuſis mem-
ranis purga. Tandem muſculos erecto-
es penis ſepara parum, & ab invicem di-
atatores urethræ. Pro V. demonſtra-
ione.

Penis deinde excoriandus, relictâ ſo-
um aliqua portione cutis in extremita-
e, ut præputium oſtendatur, poſtea vaſa
xcurrentia in ipſum inveſtiganda, inq;
arte ſuperiore venæ & arteriæ duæ nervi
eparanda, ad aliquot divaricationes usq;
& urethra non nihil à lateribus ita, ut
iviſa à ſpongioſis corporibus videatur, &
andem corpora iſta, juxta longitudinem
canda, donec arteria per ipsa excurrens,
ppareat: Ad teſtes deinde redeundum
interna tegumenta ſeparanda, quæ ra-
rò

rò habent pinguedinem, ut à cute mem-
branæ carnoſa δαρτὸς poſt ubi vasa è cor-
pore egrediuntur, expanſio muſculorum
quæ musculum cremaſterem conſtitu-
notanda, quem à contentis vaſis ſepar-
ut etiam Membranam vaginalem, i
quam definit verſus teſtes, quos in volvi-
deſcendendo. Et alteram ſubjectam
nuiorem nerveam, ſuprà teſtes relinque-
do, & poſtea ſecando, Circa ipſos teſt-
obſerva Varici-formia Vaſa, quæ prin-
pium deferentibus præbent, à circumſ-
ſis membranis, & etiam aliquantisper a
ipſis teſtibus ſeparata, ut epidydimides
medio ipſorum, à teſtibus parumper,
tunica albuginea mediate ſubſtantia
teſtium involvens, quoque liberentu-
quemadmodum etiam vasa ſpermati-
præparantia pyramidalia, ab invicem, in-
tricatiſſimè mixta ſeparentur.

Fœminarum partes generationi inſe-
vientes circa renes ſuccenturiatos tru-
cum venæ cavæ & arteriæ magnæ prin-
pium vaſorum ſpermaticorum ureth-
rumque progreſſum non differunt à vi-
eadem igitur eſt ſeparatio, ut ad inferi-

a deſcendendo ligamenta rotunda, quæ b utero ad oſſa pubis exporriguntur, erſus uterum ſeparentur, longiora ſe- undo prope oſſa, ubi in membranam ilatantur, poſtea diductis cruribus, pu- endum muliebre, ut in pene liberan- um, & ubi prius erectorum duos puſil- os muſculos, ita duo puſilla corpora tere- a carnoſa, clitoridis crura educenda int: Differunt enim ſolum magnitudi- e, deinde veſicam ab oſſibus pubis, ute- am, & inteſtinum rectum junctim ſepa- a, in partibus internis, prope oſſa, ut in iro ac ſi vaſa hypogaſtrica ſervare velis; ous erit in ſectione truncorum deſcen- entium cavæ ſcilicet & arteriæ magnæ, Iliacum ramum internum utrumque rves, cùm ab his oriantur, in cœteris fac em, ac in viris, hæc cum è corpore edu- eris, lavabis parum, & poſtea ſuper ta- al. extendas, renes ſuccenturiatos, trun- s venæ & arteriæ magnæ, uretheres, ſicam, principium vaſorum ſpermati- rum, eo modo, ut in viris; Pari ratio- inteſtinum rectum præter muſculos grega, ut & circa teſtes totam expanſio- nem

nem membranoſam exporrectam re
cta tantum ea, quæ inter ipſos & tubo
exiſtit, ligamentum latum utriusque l
teris uteri conſtituens. Hic venæ arteri
que ſpermaticæ anaſtomoſin perveſtig
re poteris inquè iis notare venas & art
rias, ad partem ſuperiorem diſſeminat
conjungi cum inferioribus ab hypog
ſtricis, præcipuè arteria in venis, arteri
ab hypogaſtricis huc diffuſis, dilige
culter requiritur, ob incredibilem eoru
divaricationem; uteri vaginam purga
poſtea ad Clitorid. veni, quam in ſup
riori parte ſub cute obſervabis, ut in e
tractione dictum, inventis enim cru
bus, & ipſa invenitur, aliquando exig
molis. Superfluum circa labia, abſcin
pingued. ſubſtratam, ligamenta rotun
niſi jam ad uterum usque deduxeris
nique tunicam communem uteri ſeca.

Fœtus humanus vel cum, vel ſine
cundinis eſt in illis fractis duplicitat
oſtende, internam ſubtiliorem, extern
denſiorem: Integras in parte anteri
ſeca, & placentæ appenſas relinque. D
inde vaſa umbilicalia, propè ipſam p

entam, ab invicem ſepara parum extra-
to ipſius velamento, aut involucro, intra
uod continebantur, quorum divarica-
o etiam notanda. Si his careat fœtus, ſe-
a ipſum ab umbilico ad lumbos utrinq;
sque in cavitatem abdominis, ut arteri-
s umbilicales, urachum, & venam um-
ilicalem videas, quibus omnibus ſerva-
s, omnia integumenta, muſculos etiam
mul, ſeca à mucronata cartilagine, ad
ſſa pubis usque, relicto umbilico,
mnia diduc, ut viſcera conſpiciantur.
einde arterias umbilicales ab invicem,
t ab uracho ſepara, inteſtina craſſa à
teribus, ut renes cum ſuccenturiatis vi-
eantur: Hinc diaphragma ſeca prope
oſtarum cartilagines, pulmones, & cor
xtrahe, elevando ſternum unco, diſſecto
ericardio propè diaphr apprehenſis,
t unco, aut Indice, aut medio digito ſi-
ſtræ, pulmonibus, corde, verſusque infe-
ora tractis, ſeca vasa prope jugulum
tius, ut thymæum corpus habeas, arte-
am, venam cavam, Oeſophagum, pro-
e diaphragma, ſepara vel ſeca, cor, &
ulmones extrahe, ſed prius corpus thy-

mium, quod in vaſorum divaricatio-
bus, in ſuperiori parte obſervatur, ut
arteriæ magnæ truncus, ubi flectitur ve-
ſus inferiora à qua in venam arterioſam
exporrigitur tubulus brevis & con-
cuus, ſeparandus, eſtque Anaſtomoſis p
canaliculum, inter aortam & venam a-
terioſam.

Gulæ portionem in parte poſteriore,
arteriæ magnæ ſuperfluitatem deme, r
liquiis pericardii diligenter extirpatis,
vaſa recte conſpiciantur. Tandem ve
cavæ truncum ſeca juxta longitudine
quo diducto, à ſiniſtris vide Anaſtom
ſin, inter venam cavam, & arteriam v
noſam per foramen Ovale. Si fœtus
lucem non fuerit editus, ſubſtantiam p
monum obſerva.

Thoracis: à partibus continentib
tegumenta externa junctim detrahe, f
cta ſectione in medio pectoris, ſecund
totam ejus longitud. Deinde ſuper cl
viculas tranſverſim usque ad proceſſu
ſpinatum Scapulæ, protrahe ſecundu
longitudinem brachii, usque ad mediu
ipſius, hinc ſuperius claviculas detege,

la

eribus autem totum muſculum ſerra-
tum majorem, & brachium in parte in-
terna. Poſtea veni ad duos ampliſſimos
muſculos in pectoris regione totum ferè
tegentes, pectorales : Separa circa cir-
cuitum, ne ſimul ſubjectos, ſerratos mino-
res eleves, nec laceres Delto:dem, quia
continua corpora videntur, diſtinguun-
tur tamen beneficio Cephalicæ venæ, quæ
inter utrumque currit, & hos deduc usq;
ad ſuam inſertionem in brachio. Hinc
duos minores ſerratos, ſeu ſuperiores ſub-
jectos, ſepara ad inſertiones ſuas, in ſca-
pulæ proceſſum Arcyroidem. Poſtea
ſerratos majores oſtende, qui in ſcap. ba-
ſin feruntur, ascendendo ad ſubclavios,
ſubclaviculis latentes, caute elevandis, ne
lædantur, prope os ſepara, & muſculos
circum circa, relictis ipſis appenſis coſtis,
& in ſuperioribus claviculis poſtea inter-
coſtales, circa externos nim. parum ſe-
para. Hos à margine inferiore Coſtæ
ſuperioris in marginem ſuperiorem co-
ſtæ inferioris deducendo, ne tamen ſub-
jecti interni lacerentur, ſi nimirum cultri
cuſpide primo leviter ſeces, ſecundum

longit. coſtæ, ubi adhæret, deindè muſculum externum eleves, ubi ceſſat, quod obſervabitur, ubi coſtæ cartilaginibus ſterni connectuntur, juxta fibrarum ductum, quia decuſſatim incedunt. Hinc ſternum ſepara, cartilagines, ubi coſtis junguntur, diaphragma in parte inferiore & interna, mediaſtinum à ſterno, prope ipsum os, ut integrum relinquatur. Sterno ablato diaphragmatis nervos vide, à partibus ſuperioribus ad ipſum ferri, deſcendentes ſupra pericardium, in latere ſiniſtro magis conſpicuum, in dextro paulo depreſſiorem, quos ſeca ſuperius deduc ad diaphr. usque circum circa lumbis & coſtis ſeparando, usque ad vertebras, ubi extenditur in duo corpora carnoſa, rotunda, verſus inferiora, & tandem in tendines craſſos, denique ipsum à pericardio ſepara, & adtende arctum inter ſe connexum. Pleuram deinde prope vertebras, ſecundum longitud. leviter ſeca, & manibus à ſubjectis coſtis ſepara, ut ipsam extendere poſſis: Denique diaphragma extende ſuper tab. venas proprias ſeca, quæ duplices ſunt, à trunco ſci-

licet

ſcilicet venæ cavæ, dum ipſum perforat, & à Mediaſtinis cum nervis, totidem arterias in medio, ubi trunco deſcendenti foramen præbet. Tandem membranas ſuperius & inferius, & ſupra tabb. non inferiorem ejus partem, ut pectus reſpiciens videatur, ob nervos ad ipsum delatos. Ultimo membranas, quas ſub ſterno ſeparaſti ab invicem ſejunge ut duplicatura appareat.

Cor & pulmones extrahantur, vaſa omnia in confinio thoracis, & colli, ſecentur, deindè junctim prope vertebras lumborum ſeparentur, ſup. tab. exponantur, parum abluantur, ſi opus, tunc in parte ſuperiore gulæ portio abjiciatur, & hic prope aſperam arteriam, duo trunci nervorum, à ſexto pari, notentur, qui verſus pulmones ſeparandi, obſervata eorum divaricatione, & ramificationibus, ex quibus una ad baſin cordis fertur, ſi intra arteriæ magnæ truncum, ex corde exeuntem, & venam arterioſam perquiras, aſcendendoq; ad ortum ſuum deducas: ſic alteram, aliquando etiam duas, ad pericardium in parte

ſuperiore: Nam in inferiore à Phrenicii propagantur aliqui ramuli. Poſteà circumfuſas membranas, & minutas glandulas, circa aſperæ arteriæ divaricationem, & truncum auffer, ſuperfluam longitud: arteriæ Aortæ, & venæ cavæ aſcendentis obtrunca, deinde vaſa utrinq; alliga, tandem membranam pulmonum ſepara, cordis etiam ſi placet, elevato, è parte una pericardio; Potes etiam vaſa cordis, venam ſcilicet & arteriam coronariam paulum ſeparare, ſed ſatis ex ſe patent.

Laryngis muſculi, ne ob multitud. cõfundantur, Primò duc lineam, à mẽto ad externam usque colli, ea profunditate, ut cutis cum ſubjecta membrana carnoſa perſecetur, cujus angulum qui collum cum ſterno conjunctum occupat, unguibus eleva, & ab aliis partibus ſepara, asſcendendo verſus ſuperiora, ne tamen membrana carnoſa ſecetur, ſed ſimul ſeparetur, donec marginem mandibulæ detegat, & versus poſteriora proceſſum maſtoideum, hunc deinde à ſuo principio, ſterno, verſus ſuam inſertionem in

hunc

unc,& in hoc ſeparando nota, muſcu-
m Coracohyoideum, qui transverſe
b ipſo progreditur, idque circa medi-
m ipſius, huc usque igitur Maſtoideum
para; Deinde ad duo paria musculo-
am 1. Sterno hyoides à ſterno ortum,re-
a verſus ſuperiora progrediens & in os
yoides deſinens, ne ſubjectum tamen ſi-
nul eleves, te converte, hinc ad ſecun-
um Sternothyroideum pari paſſu, ab il-
o ſolum differens, inſertione in cartilagi-
em tyroidem terminante: Deinde ad
luſculos coracohyoideos, à lateribus
rincipium ab angulo ſuperiore ſcapulæ
rahentes, verſus ſuperiora, usque ad os
yoides,in quod deſinunt,deveniendo.
Glandulas prope proceſſum Maſtoid.
k ſub mandibula extrahe venas jugula-
es, & arterias Carotidi à lateribus recte
ſcendentes ſimiliter. Hic ſeptimum
ervorũ par ad linguã quod fertur nota,
n quo ſeparando unum, aliquando duos
amulos ferri ad musculos cartilaginum
hyroidis & Arytenoydis, patebit, & ex
o,non tantum à recurrentibus, nervos
ccipere, his ablatis, musculos digaſtri-

coſ, qui à mento carnoſo principio ori-untur deinde tendinoſi fiunt, verſus po-ſteriora progredientes, & iterum carnoſi facti, in proceſſum maſtoid. inſeruntur;, ſuo principio ſepara, ne tamen ſubjectos ſeces, & verſus poſteriora progredere pars tendinoſa interdum perforat muſ-culum teretem, Styloceratohyoidem, ubi oportebit eum circum circa parum ſepa-rare, deinde fiſſuram, per quam tendo tranſit, dilatare, ut carnoſum corpus per ipsum trajiciatur, & hic ad proceſſum perducatur. Quod ſi non adſit, minori negotio fit, hinc ad latera ſuperiora te converte, & non procul à proceſſu ma-ſtoide, verſus anteriora & interiora, digi-tis explora proceſſum ſtyloidem, à quo tres musculi oriuntur, in utroque latere. Quorum primus cæteris longior & pa-tentior, ab ipſo proceſſu exortus, verſus anteriora progreditur, & in os hyoides inſeritur: quare ſeparato principio, ne tamen ſubjecti alii musculi lædantur, ad ipsum os usquè deduces: Alter medius ab eodem principio natus, in linguam protenditur, ſtylogloſſus, eodem ordine

ſepa-

parandus, à principio ſcilicet ad inſer-
onem usque: idem fiat cum tertio, qui
Pharyngem implantatur. Curiosè
atem intertio horum muſculorum quæ-
nda non eſt, ne aliquid aliud lædatur,
um tutius fieri poſſit, omnibus extractis
o ipso: Separatis igitur illis in parte
uperiore, prope mandibulam, nervus
onſpicitur qui à partibus ortus ſuperio-
bus, & propè os mandibulæ deſcen-
ens, in linguam inſeritur, propago 4. pa-
is, verſus principium ſuum ſeparandus,
& linguæ implantatus relinquendus.

Perge ad mentum, à quo 3 musculo-
um paria oriuntur, quorum primum
cæteris evidentius & latius, oſſi hyodi aſ-
ignatur, quod unitum ſepara à mento, &
i ſimul ſecundum auffertur, quod ex fi-
brarum progreſſu, cognoscitur, illius ob-
ìquè non nihil incedentium, iſtius verò
rectà in ipsum os cui deſtinatum eſt, ſe-
para invicem. Deinde & tertium par à
mento, hinc ab inferiore parte verſus ſter-
num, arteriam aſperam & Oeſophagum
à ſubjectis omnibus muscul. ac vertebris
libera verſus ſuperiora ascendendo do-

nec ad Caput ipsum devenias: Eaque o-
mnia ad unum latus, dextr. vel ſiniſtr. re-
move, & propè pterygoides proceſſum i
paria musculorum inquire: quorum pri-
mum oritur ab interno latere ipsorum
proceſſuum, & in gulam fertur ſtatim
conſpicuum, à ſuo principio liberandum,
ut & alterum magis absconditum, ori-
ens in extremitate ſinus illius, qui inter
unum & alterum proceſſum pterygoideo
efficitur, ubi carnem reſpicit, quod facile
fit, ſi ſecundum longitud. musculi ptery-
goid. interni cultrum dimittas, ſic videbi
perquirendum transverſum ascendere
circa principium pterygoidis, & verſus
acutum illum proceſſum, in extremitate
palati poſitum, tendinoſum fieri, flexu
facto verſus Gargaleonem ferri: Quam
illo recto detecto, ſepara, inſtituendo ſe-
ctionem ex utraque parte ipſius Muscu-
ſecundum ejus longitud. vel tutius à par-
te tendinosa verſus principium, & quan-
tò profundius: Separato principio, &
portione carnosa, tendinem extrahere
potes, proceſſum illum acutum, quem
tendo iſte confundit, purgare, dextrè ta-
men

en, ne lædas tendinem. Poſtea tuum
usculũ libera, prope exortum & non-
hil intimius vide alterum teretem, &
ofundius, ut cartilagineum corpus cui
incipium illius adhæret, ſimul educas,
ibus ex utraque parte ſeparatis Garga-
onem ipsum, ab externo palato libera
cando circa oſſa, de ſumma parte gulæ,
ope caput ſicque omnia conjuncta ex-
ahe, invicem ſepara, conſiderando
ıot paria muſculorũ ad unamquamq;
artem ferantur, & quænam iſta ſint?
oc ordine: Gargareoni, à cœteris par-
bus ſeparato, duo paria muſculorum
ſignantur, ultimo loco ſeparata ptery-
oſtaphylii, externi nim & interni, qui-
us inventis, & ex utraque parte liberis
um Gargareone duas glandulas nota, à
teribus ipſius, ſepara, ſerva cum illis
artilaginibus, quæ ad principium muſ-
ulorum reperiuntur. Deinde linguam
ccipe, cui 3. paria inſeruntur, 1. Secundo
oco à proceſſu ſtyloide ſeparatum, à la-
eribus patens, ſeu ſtylogloſſum. 2. Cera-
o gloſſum, à cornibus oſſi hyoid. oriens
n baſin linguæ fertur, ab oſſe ſeparan-

dum,ne musculi oſſis lædantur, aſcen-
dendo verſus linguam: Tertium Baſſi-
gloſſum in ipsâ baſi poſitum. Feruntur
etiam duo paria, Mylo gloſſ. nervorum
ad linguam, quæ ſimul libera ad diviſio-
nes illas, propè ſeptimũ par ſeu baſin. S
etiam venas caninas, in parte anteriori
verſus acumen linguæ, oſtende, ut &
musculos ceratohyoideos, ſub quibus ar-
teria ad linguam diffunduntur: deniq;
baſiogloſſos etiam dimitte.

Similiter Pharyngem ſeu gulam ſupe-
riorem, cum ea œſophagi parte, quam in
ſeparatione ventriculi adhærentem reli-
quiſti, ſepara à musculis ſuis, & iis qui ad
alias partes feruntur præcipue ad thyroi-
dem: in parte igitur ſuperiore, ubi capiti
annectitur, & primum cephalopharyn-
gæi, cultri opera tractandi: Secundum
Sphœno ſeu pterygo Pharyngæi laterali-
ter à proceſſibus alaribus, & circumfuſis
membranis ſeparandi: Tertium Stylo-
Pharingæi ultimo loco ſeparatum à pro-
ceſſu ſtyloide teres, cæteris evidentibus:
Quartus Oeſophagœus Sphincter gulæ, à
cartilagine tyroide, ſecundum ductum

fibra-

ibrarum ſecandus caute, ne alii lædantur, ipse enim propter magnitudinem ſuam ſectionem levem floccifacit. Quibus omnibus præſtitis, Oeſophagus aſſabrè ſeparatus erit. Quare os hyoides etiam ſepara, ubi 1. par musculorum, ab ipso ortum, in cartilaginem thyroidem fertur, ſternohyoides, ab ipſo ſeparandum, & os cum ſuis musculis extrahendum. Hique, ut Corocohyoides, ſtylo cerato, & genio hyoides, invicem ſeparandi usque ad os ipsum, præcipue duo illa paria quæ à mento ſeparata fuere. Quinto loco cartilaginem thyroidem, cum 3. musculorum paribus 1. Eſt ſecandum à ſterno ſeparatum. Sterno thyroides 2. ab ſe hyothyroides 3. à ſubjecta cartilagine Cricoide, Cricothyroides, in parte anteriore, ubi arcte duæ Cartilagines connectuntur, ſatis evidens, licet breve, cautè ſeparandum ne lædatur ob ſummam tenuitatem à Cartilagine, ne quoque muſculi interni offendantur, ſi nim. in parte interna ipſius thyroidis nil carnoſum relinquatur: Cartilagine ſic ſeparata musculos, ad inſertionem ſuam usque ſeparatos, vel adhuc ſeparandos inſpice.

 Super

Super ſunt ultimo loco ſeparandi muſculi cartilaginis arythænoidis, cui 7. attribuuntur: tria paria ſc. & unus ſine ſocio: Primum cæteris clarius in parte ſuperiore, ſuprà baſin aut latiorem partem cricoidis cartilaginis facile ſeparatur ad inſertionem usque (cricoarythænoides laterale & poſticum) inter utrumq; hunc musculum in parte ſuperiori, ſupra Cricoidem, inter venam, & aliam portionem Cartilaginis argthænoidis poſita eſt ſubſtantia quædam carnoſa, quæ ſeptimum musculum conſtituit, à ſuperjectis membranis liberandus, ut conſpici poſſit: Tandem duo paria musculorum (thyroarythænoides: Arythænoides) unum anterius poſitum, aliud lateraliter, ab invicem ſeparanda, quorum diſtinctionem fibrarum ductus docet, ſed cum patientiâ.

Dorſi & caput moventium musculorum quantitas & qualitas difficultatem pariunt, quæ hoc ordine ſuperanda. 1. Supra proceſſus ſpinatos omnium vertebarum à capite ad podicem duc lineam, ut omnia integumenta communia ſeces, deinde fac duas transverſales, unam in lumbis, aliam in collo, ejusdem profun-

di-

ditatis & integumenta communia junctim ſepara, ita ut in ſuperioribus caput detegas, ad altitud. aurium, & lateraliter propè radices ipsarum, totumque collum detectum habeas, in medio humeri ſuperius, & ad medium ipſius ſic lumbos, & in inferiore parte portionem oſſis Sacri, & marginem oſſis Ilei: 2. Separa musculum cucullarem, trapezium, ducto principio ab inferiore ejus parte ascendendo verſus ſuperiora ipsum liberando à vertebrarum proceſſibus ſpinatis, qui ad collum nonnil fit tendinoſus, prope ſpinas vertebrarum; Deinde carnoſus ascendit ad caput, in quod membranoſus inſeritur; Sed vera inſertio eſt in ſcapulæ partem ſuperiorem, ſeu proceſſum ſpinatum, ubi fortiter adhæret proceſſui ſecundum totam longitud. à quo aliquantisper libera, & relinqv. adhærentem capiti, & ſum̃o humero. Hinc latiſſimis dorſi ſeu aniſcalptores ſepara, ducto initio, ab eorũ medio, & transverſim procedendo verſus vertebras, ubi difficultas erit, circa ultimos thoracis & primos lumborum, quia ibid. ſubjacet ſerratus poſticus major qui ſimul extrahitur,

tur, niſi diligens fueris, cujus principium tendinosum, quod habet à ſpinis harum vertebrarum, firmiter adnectitu latiſſimi membranoſæ productionii quam ſupera, & deduc ad os ſacrum usq cui annexum relinque: Deinde rurſ humidum ascendens, inſertionem tr musculi detege, ne tamen rotundum musculum majorem laceres, dum ſu margine anguli inferioris ſcapulæ pro grederis. Hinc ſerratum maj ſeu inferio rem ſepara à ſpinis vertebrarū, ad coſta ducendo, & ad ſuperiora ascendendo Rhomboidem à ſpinis, ad ſcapulæ baſin deduc, ne ſubjectus ſerratus minor, ſe ſuperior lædatur, qui etiam liberandus, & poſt hunc ſplenii, ducto initio à ſpinis, & oblique aſcendendo, verſus caput, qu tendinem evidentem mittit, in proce ſum transverſalem imæ vertebræ, tan demq; in maſtoidem terminatur.

Perge nunc ad complexum, cujus lon gitudo aliquando ad medium thoracem descendit, ubi circumpoſiti ne lacerer tur, quem principiis liberatis ad capu deduc, idque altius ut obliquè ſuperiore conſpiciantur. A Scapulæ deinde angul

ſi

periore extenditur muſculus, levator, uem ſepara, infixum variis tendinibus n proceſſus transverſales vertebrarum olli, quos detege, & poſtea deſcende ad acrolumbum, qui à longiſſimo diſtat iquantisper in parte ſuperiore thoracis, ab illo emittuntur varii tendines in ngulam coſtam implantati, à prima ad ltimam ſeparandi lateraliter, ut elevari oſſint, & corpus muſculi ſecund. totam ongitud. à coſtis ſeparari, relinquendo pſum adhærentem in lumbis longiſſimo, quorum commune principium: Hinc ſimiliter à ſemiſpinato in parte ſuperiori ſepara, descendendo, ubi tendines xporriguntur in proceſſus vertebrarum ransverſales, ad ſuperiora verò in collo ſt portio quædam, à qua contraria ratione demittuntur tendines, quia longisſimi ab interiore parte verſus ſuperiora xporriguntur. Iſti autem à ſuperiore arte ad inferiora quos ſepara, & poſt pinatum ſupra ſpinatum detege, cum endinibus, quos in ſpinas vertebrarum olli extendit; NB. Portio illa videtur eſſe muſculus transverſalis colli à ſpina ſe-

cunda

cunda vertebræ ad caput extenditur muſ-
culus rectus (major ſuperior & min. in-
ferior.) Quem à capite ſepara verſus ſpi-
nam, & ſub ipso alium puſillum, à prim-
vertebra ad caput, pariter à lateribus ſe-
para, ſicq; carnosũ à capite, in proceſſum
transverſalem primæ vertebræ, & huic in
parte inferiore alterum oppoſitum, à ſe-
cunda verteb. in eund. proceſſ. relictis an-
nexis in utroq; extremo eorum: Primus
dicitur obliquus ſuperior, alter inferior.
Hinc ſemiſpinatum ſepara, ut ſupra ſpi-
natum deinde tendinosum principium
longiſſimi & ſacrolumbi, à ſubjecto
musculo ſacro quod prope os ſacrum
& ſpinas vertebrarum lumborum, ſolum
eſt tendinosum, fitque carnoſum ad latus,
præcipuè ubi proceſſibus transverſalibus
vertebrarum lumborum adhæret, quod
ſepara, ne tamen ſubjectus quadratus læ-
datur, ſectionem igitur inverte, à latere
ſc. ad vertebras: Quæ junctim ſepara, uſ-
que ad primam coſtam, & quadratum
lateraliter, relinquendo ipsum annexum
inferiori & ſuperiori parti.

Tandem tendines ſacri musculi (ſca-
lenus

us longus) inveſtiga eo ordine, quo in ra eſt ſemiſpinatis.

Faciei musculi, ob arcte annexam im, in excoriatione ſumma opus hans diligentia: quare in ſummitate cais duc ſectionem ab occipitio ad fron-n, & recta descendendo, per medium i, labiorum & menti faciem in ſuas uas portiones divide, quam è regione rium ſupra caput, interſeca ad angulos tos, descendendo propè aures in partis anterioribus usque ad collum, poſtea gulum cutis in parte dexterâ anteriore va parum, & ſimul cum pinguedinis uca portione, quæ hic eſſe ſolet, ſepara, tamen totam membranam carnoſam inquas, inſtituendo nim. Sectionem pinguedine, hanc ſeparationem prohe ad ſupercilia, vel prout placebit, ſtea ſub pinguedine videbis membram carnosam, ſed capiti annexam, am à Cranio ſepara, & ad eandem etam deduc, quo cutem perduxiſti: nc pericranium, duplex etiam, ſepara à bjecto oſſe cui ſecundum annexum reques cum dorso cultri quaſi abraden-do,

do. Sic in eod. latere partis poſteri cutem cum pingued. ſepara , relii membrana carnosa usque ad poſterio ubi in occipitio poſt aures , erit anne capiti portio carnea, ſed ſubtilis, rotun ferè figuræ Musculus occipitalis dictu quem à ſuperioribus eleva ; ac in pe inferiore annexum relinque : Poſtea extrahendam cutim, in parte ſiniſtra teriori te accinge ſemper ſub ipsa præ puè cùm ad naſi alas, & labiorum cor nia deſceneeris , ob arctam connexi nem :In collo a niſi id præſtiteris in extr ctione muscûlorum Laryngis, relinq membranam carnosam verè maxillæ i feriori annexam , & ſepara à cute : q extractaæ ad musculos veni ; in fron 1. frontalem , ſemicircularis ferè figu quem circumcirca in ſuperioribus , & lateribus, & à ſubjecto oſſe libera, ap clauſorem palpebrarum verò , oculo c cumtentum, relinque , & alium ſepa circumcirca tantū ſecando, & leviter ſ circuitu & evando: A lateribus temp ralem pariter, ſuprà aurem perpendic lariter expenſam , vide inſcriptione

musc

uſculoſam , quæ à rotundo principio
nſim anguſtatur, ac in partem ſuperio-
m auris infigitur : Duos item alios in
rte poſteriore auris, ſi cutim diligenter
evaveris, quos in 3. partes dividunt, ac 3.
uſculorum poſteriores auriculæ effor-
ant: quibus ſeparatis, membranam,
uſculo temporali ſuper intenſam , ſe-
ra, relinquendo ipsam annexam oſſi
gomati, muſculum ipsum ſepara, fa-
o initio à parte ſuperiore , & deſcen-
ndo, qui tranſit per os Zygomatis, ac
buſto tendinoſorum fine, in proceſſum
utum maxillæ inferioris devehitur, to-
m & ab omnibus oſſibus excepto hoc
oceſſu ſepara.
Supra naſum aliquando muſculoſa
igraphia eſt, ab acuto principio pro-
angulum internum oculi, ſenſim ſeſe
atando, in alas deſinens, quã tali figu-
ſi recte non apparet cultro fingen-
, ſepara, prope ipsum angulum, &
cendendo, à portione anteriore primi
s ſuperioris maxillæ, eſt altera expan-
muſculoſa, quæ deſcendendo, partim
onſinio naſi , partim in labio ſuperi-
ore

ore terminatur : quæ portio conſtru
musculum, naſo & labio ſuperiori com
munem, ad cujus latus externum verſ
aures, ſed parum intimius, ab eod. prim
oſſe maxillæ ſuperioris, exporrigitu
musculus in ipsum labium primus, q
aliquando tanta pingued. circumfund
tur, ut ab eſſe credatur, purgandus igitu
ut appareat, & annexus principio finio
cum aliis ſuperioribus, relinquendus : A
eod. oſſe, ubi Zygoma conſtituit, pro
teres musculus, ſatis longus, obliquè d
cendendo, in idem labium inſertus, a
quando duplici principio præditus, ſ
tim à Circumfusa pingued. liberandu
Deinde ab oſſe Zygomate extendi
musculus, brevis quidem, ſed carno
qui rectà descendendo, in maxillæ in
rioris angulum, valido fine figitur, à
principio liberandus & parum à late
bus, & fini annexus relinquendus, M
ſeter dictus, à cujus inſertionis latere
teriore aſſurgit, oblique non nihil m
culus, ac in labium inferius inſeritur ;
tior in ortu, quàm in inſertione, à late
bus tandem ſeparandus, Et in med

bjecto oſſe, ut elevari queat, in parte & nteriore menti obscuræ quædam lineæ otandæ, recte ascendentes, ex quibus ectus musculus, depreſſor labiorum fit: aſiatorem, ſeu oris Spincterem circumrca ſepara, ut circa oculum eſt factum, oſtea inter utramq; maxillam, ubi os in fflatione tumescit, rotundum muſculm, buccinatorem, circumcirca ſepara, blata, ſi ſupra ipsum erit, pinguedine: Digaſtricus ſeparatus fuit in ſeparatione aryngis: Superſunt duo musculorum enera, Pterygoidæi internus & exterus, qui inverſo capite, à proceſſibus laribus oſſis Phœnodis, in maxillam inferiorem exporriguntur, quorum ſuperor, ac in proceſſum obtuſum, condyum, infixus, externus alter eſt, & in und. terminũ cum Maſſetere implantaus: Sed in parte interiore quos ab invicem ſepara, ut diſtincte videri poſſint, ſi iim. maxillam inferiorem in 2. partes iviſeris in medio menti, verſus exterioa. Musculum quadratum maxillæ infeioris (πλάτυσμα μοιδὲς Gal.) rarius apenſum relinque dextræ, ne impediat ſepara-

rationem aliorum, musculi dilatantes, constringentes naſi alas, viſum ſubterr giunt & cultrum.

Cerebrum & Cerebellum

CRanii ſectio fiat paulo declivior qua ſupra: ut cerebrum etiam melius cetur: in illo igitur ablato duram m trem remove, & proceſſum falcatum ſi va, cum ſinu tertio ejusdem per medi exeunte, ſi nim. à parte poſteriore: anteriorem faciei duplicem ſectione quæ medium includat, & una ab alte diſtet, per latitud. unius dig. inſtitu Deinde eas transverſim ad aurium reg nem deducas, relicto medio intact Poſt duræ Matris avulſionem, eleva qu que Piam eodem ordine: Subtilis aute eſt, & aliquando duram ferè æquat: H elevata proceſſum falcatum ab oſſe et moide ſepara, & ad poſteriora conver ubi parte dextra cerebri à ſiniſtra did ctâ & diviſa, in fundo corpus calloſum albicans eſt, ad cujus Horizontem, ce bri utramque partem ſeca, ut apparea

vee

ntriculi, duo primi anteriores,& ſi una
ctione ad ipſos non pervenias, repete,
n diu ſemper portiones cerebri ſepa-
ndo: in quibus duo obſerva: 1. ple-
m choroidem qui eſt congeries vena-
m arteriarumque interpoſitis etiam
inutiſſimis glandulis: 2. Sub his ferè
et productio quædam, rotunda albi-
ns, ex ſubſtantia cerebri deſcendendo
aſſescens, & in latius principium deſi-
ns (bombyx Arantii) quam diligen-
perſequere, ablata cerebri portione,
æ ipſi ſuperpoſita eſt, & etiam diducto
n nihil plexu choroide, videbis quoq;
os ſinus verſus poſteriora extendi, ab-
o per ſubtiles portiones cerebro: poſtea
eculum lucidum contemplare, quod eſt
ter utrumq; ventriculum, in parte an-
riore: totum hoc interſtitiũ diligenter
eva, ac ad poſteriora declina, obſervan-
ut utrumq; Bombycem eleves, idque
terſtitium fornix dicitur, cujus 3. crura
nt: uterque Bombyx, & tertium; por-
o ad exteriora se porrigens, ſupra ſpe-
lum lucidum quo ad poſteriora con-
erſo, cerebrum in medio non nihil de-

ducenti apparebit tertius ventricu[illegible]
ubi 1. nota glandulam Pinealem ac[illegible]
ipsâ 4. eminentiolas albas, duas poste[illegible]
res, nates, & duas anteriores, teſtes, him[illegible]
in parte anteriore ejusdem ventric[illegible]
duas alias eminentiolas, à poſteri[illegible]
verſus anteriora exporrectas, & in[illegible]
ſe rimulam habentes, ut pudendum in
liebre. Ad nervos jam progredere, & [illegible]
rebrum in parte anteriore eleva, ne[illegible]
men nervos olfactorios lædas, qui r[illegible]
dent ſuper os Ethmoides, manubrio [illegible]
tri elevandi ab ipso: Deinde ad alios, [illegible]
proceſſus latos duræ matris prius ſec[illegible]
do, quibus cerebrum à Cerebello ſep[illegible]
ratur, & cavendo nervulum, qui pr[illegible]
marginem ubi cerebri partem infer[illegible]
rem attingunt, exiverit: quo obſerva[illegible]
proceſſum ſeca, propè oſſa in circuitu, [illegible]
ad poſteriora reduc: Si autem cerebr[illegible]
anterius elevas, poſt olfactorios nerv[illegible]
qui inter cerebri nervos non numer[illegible]
tur, optici ſunt, & ſub ipſis ſecund[illegible]
par motorum tertiũ & quartum ſimul, [illegible]
ſub ipso nervulus, diſtinctus in princip[illegible]
& in ingreſſu ſuo, qui poſtea ipſi unitu[illegible]

Sic cerebellum à latere eleva, ut n[illegible]

s auditorius appareat, qui quinto nu-
eratur, & ſubipſo ex multis filamẽtis
ctum tandemque in profundo ſepti-
um par: His conſideratis, cerebrum
rebellumq; extrahe, ſecando in utraqs
rte nervos omnes, propè ingreſſum
rum in foramina oſſium, ſed ſub opticis
imadverte infundibulum, quod in
andulam pituitariam tendit, à ſua ſede
iã evellendam circumcirca diſſecan-
m & ſeparandam quibus omnibus diſ-
ctis, cerebrum ſupra tab. expone, ſed in-
rſo modo, partem nim. ſuperiorem, ut
perius remaneat baſis ipſius, in quâ ner-
os diſſectos inveſtiga, infundibulum,
ontem, qui eſt portio cerebri, ad ſpina-
m medullam formandam concurren-
s, ſupra ipsum verò ſeriem arteriarum
æcipuè, & venarum ſeu rete mirabile.
inc ſpinalem medullam à Cerebello
arumper eleva, ut cavitas, inter ipsam &
rebellum appareat, quæ cavitas quar-
m ventriculum conſtituit, ac in ſpinali
edulla comparatur calamo ſcriptoria.
In medio Cerebelli inter utrumqs lo-
um, vide proceſſum vermiformem, & ſi
roceſſum quarti ventriculi diligenter

inveſtiges, latam quandam cavitatem, duos ferè ſemicirculos diſtractam, (ſternam Arantii) ſubſtantiam deniq; cerebelli conſidera: Secatur ergo cerebrum vel modo communi: Superio tantum calvaria aperta, vel inverſo, à calvaria, undiquaq; liberatum, nucleo nu juglandis ſimile: ibi oſtenduntur 1. Menynges: craſſa duplex cum falce me ria, & ſangui ductû, ſeu 4. ſinibus ite limbis 2. vaſa (venæ, arteriæ,) 3. Situs loco altiſſimo, figura, magnitudo 4. Subſtantia conſtans ex partibus (cortice ſu cineritio cum ſulcis circularibus; medu albâ: corpore calloſo: ſepto lucido 5. Ventriculi duo primi dexter & ſiniſter, ampliſſimi; fornix: Ventric. 3. du rum primorum concurrens meatus cu ductibus duobus; Plexus χοροειδῆς. 6. glandula Pinealis: nates, teſtes; ventricul. calamo ſcriptorio ſimilis. 7. Infundibulum; glandula pituitaria: rete mirabi cerebellum, & ejus duo proceſſus vermiformes. 9. Spinalis medulla latius accepta, globoſa in qua cerebri ventriculi e cavati ſunt; vel oblonga, in calvariâ à q

iuntur olfactus organa , nervorum njugationes octo : aut extra calvari- n, ſpinalis propriè, à qua prodeunt, ner- cervicis, thoracis, lumborum, oſſis Sa- i. Hic demonſtrantur 1. ſpinalis me- ulla. 2. Cerebellum. 3. nervi oculorum. Olfactus inſtrumenta. 5. Ventriculi rebri. 6. Plexus Choroides. vid Bauhin. .C. 28 De uſu leg. Peücer, In divinat. à g. 430. ad p. 453.

Oculos duplici modo extrahe, vel ſcal- o ablatâ ſuperiore & laterali portione ſſeâ orbitæ vel integra hac ſervata : ibi vis difficultas eſt, ſi propè oſſa junctim mnia ſepares ; Hic major præcipuè in ngulo interno , ubi opus eſt ut propè ſum os ſeparationem facias, ſed caute, o nexum tendinis, musculi trochlearis i ſua trochlea firmiter adhæret , & in feriore parte , ob obliquum inferio- m : Omnia igitur ſepara prope oſſa di- gentiſſimè.

Oculo ſic evulſo, videbis , in parte ſu- eriori musculum elevatorem palpe- æ ſuperioris, quem ſtatim ſepara, & de- uc ad palpebram, circumcirca ab oculo

 libe-

liberando,poſtea repone: quare prim
inveſtiga trochlearem , quia facile in
paratione aliorum tendo ipſius , qui i
terius transverſim nonnihil fertur, la
tur: hoc ſeparato, obliquum inferiorem
obſerva: Musculis inventis, pingue
ne circumfuſam,& membranoſam p
tionem auffer , oculoque ſupra tabul
extenſo , nervulos quære ad ſingul
musculum. Cum autem membranas
ſeparare,niſi alium oculum habeas m
culos omnes avelles,& à parte poſterio
verſus anteriora , forfice oculum divi
in 3.vel.4.partes ſecando, primam ta
rum modo tunicam , aut ſecum ſec
dam ad corneæ confinia, nota ligam
tum ciliare quod cryſtallinum ad pu
lam tenet :Deinde humores in tab: ca
re ſines, ſiq; non ſimul ceciderit tun
retiformis , inveſtiga eam ſub uvea,&
pone :Si verò ceciderit, ſeparabis ab h
moribus , & poſt uveam à Sclerotic
cultri manubrio,ſuperque tab. extend
ſcilicet cum ipsâ dura : Poteris eti
cryſtallinum à vitreo ſeparare,ut ejus fo
ma pateat ; ſic oculus per Axem ſect
Ih

bet partes ad videndum neceſſarias : ervum opticum non interſecantem ſe m altero, nec coaleſcentem , conſtanm 2. tunicis,& ſubſtantia medullari, ex ibus 2. tunicas 3. duplices : Scleroticm & corneá : Choroidem,ſive implem,& uveam:Retinam & araneam : In ibus 3. Humores ; albugineus & aneus effluens regenerabilis vitrà madeâta in ſucco chelidon. 2. Cryſtallinus 3. itreus, partes ad motũ vel tutelam ſunt, dnata musculi,glãdulæ,pinguedo, palebræ Cilia & ſupercilia. Oculi charta ceũ nonſtrari poteſt 1. Conjunctiva. 2, tunia innominata Fallop. 3. pinguedo musulos ambiens, 4. trochlea ad 6. musculum ſita, 5. musculi 6. ordinarii in homie,6. ſeptimus nervum opticum cingens, n brutis tantùm,7. nervus motorius cum amis in omnes musculos, 8. Sclerotica membrana , cujus anterior pars cornea rocatur, ſeu nervi optici 2. prima à dura matre orta , ſimul corneam conſtituens. 9. uvea in qua iris,pupilla , à pia matre, nervum opticum cingens. 10. nervus opticus dilatatus, qui retina dicitur 11.

humor aqueus. 12. ligamentum Ciliare
13. vitreus cum ſua membrana 14. mem-
brana Arachnoidea 15. Humor Chry-
ſtallinus, lenticularis. conf. Fabric.Hild.
c.2.obs chir.1.

Aures: circa auriculam levis eſt labor,
quia ſuperius præparati ſunt ejusmodi
musculi. Eam itaq; ab oſſe ſepara, cum
communibus integumentis, in parte ſu-
periore ipſius, ſupra cartilaginem incur-
vatam: Serrâ autem os petroſum, pur-
gando ab annexa carne, & circumjecta
quacunq; materia; ne tamen cultrum in-
tromittas in meatum auditorium, ne
musculum externum lædas. Inter pro-
ceſſum Maſtoideum verò & Styloideum
nota nervulum egredientem per exſcul-
ptum ibi foramen & ſerva: oſſe purgato
musculos inquire, & horum primum in
meatu auditorio, ſed cultri opera, ut for-
mam acquirat nim. inferiorem partem
ipſius meatus ſcalpro auffer, ne tamen
membranam tympani laceres ſed con-
ſpectui potius detegas, cum musculo in
parte ſuperiore, qui membrana putatur,
qua tamen craſſior eſt, cultro igitur effor-

mia

na ab oſſe ſepara, & ad membranam uſque deduc: Secundus autem internus latat in canaliculo oſſeo proprio, ſito ſura ingreſſum venæ jugularis internæ: quem è regione prioris musculi, partem verſus acutã ejusdem oſſis petroſi videbis ut ſaltem foramen, per quod ingrediatur, ſuper ipsum non nihil lateraliter verſus partem internam capitis & tympanum progrediendo: Si nim. os fregeris, ſcalpro notabis teretem, puſillum musculum; qui exterius progrediens in tendinem deſinit, & parum aſſurgens in malleum inſeritur, ubi opus diligentia ob imbecillitatem ipſius, & præcipuè eum tendinem ex toto volueris ſeparare ab oſſe, ut clare appareat ejusdem inſertio, quod cultri cuſpide præſtabis. In nervis major eſt difficultas, præcipue in eo, qui ſub malleo excurrit: in oſſe igitur maſtoideum & ſtyloideum proceſſum auffer, & etiam totam partem inferiorem meatus auditorii, item musculum externum & membranam tympani, in qua extrahenda cave ne nervulum lædas, hic n. excurrit ſub malleo prope marginem fo-

taminis tympani, qui reſpicit meatum in membrana detracta, & nervulo co ſervato os ipsum firma & nervos detegere incipe, ducto initio, ubi exeunt ſcilicet inter maſtoideum & ſtyliformem, ita ubi incipies ſcalpro, acutâ acie prædi duos nervos detegere, ascendendo verſus tympanum: Sed cum parumper detexeris, diligenter incede donec conjunctionem utriusq; comperias quam investigabis abradendo os, ſumma patientia quæ hic non levis requiritur. Cùm hunc inveneris, craſſiorem dimitte, & ſolius minoris curam habe, ascendendo verſus ingreſſum ſuum in os, non procul à malleo verſus ipsum igitur ascende, abradendo leviter, & diligenter os donec nervulum detegas, quem à ſuo canaliculo extrahe cuſpide cultri poſtquam eum detexeris, patientia iterum & diligentia opus eſt eoq; detecto, & à canaliculo extracto, craſſiorem paulo ulterius perſequere, ſed parum quia nimis profunde demergitur.

Hinc ad ingreſſum auditorii nervi accede, & progreſſum ejusdem detege ſcal-

pr

ro, donec in 2. partes diviſum videas, tunc dimiſſa molliore parte, quæ in cochleæ centrum inſeritur, ad alteram ulterius detegendam perge, ſed caute, nam facile frangitur: poteſt deinde ſerra transverſim ſecari os, prope inſertionem nervi mollioris, quoniam tunc apparebit cochleæ cavitas: Sed hic aliquoties te exerce in exſiccatis oſſibus ſicut etiam prodeſt nervorum progreſſum inveſtigare in ipſis nam licet abſint nervi eorum, tamen canaliculi recte apparent.

Brachii muſculi: Brachium à corpore ſepara, largiter ſecando, poſt illud excoria, ubi difficultas in vola manus, quia tendo palmaris fortiter cuti adhæret; Cute detracta, muſculorum partes ſuperfluas in ſuperioribus, abjice, non anterius, pectoralis portionem relinque ut inſertionem oſtendere poſſis. Deindè ſerratum minorem, & ſubclavium ex toto ſepara, ſic poſterius relicta portione latiſſimi dorſi, ſerratum anteriorem majorem, à ſcapulæ Baſi item Rhomboidem, levatoremque Scapulæ, & cucullaris portionem, poſtea ad duos muſculos ſepa-

randos accede, Deltoidem à Clavicula, &
proceſſu ſpinato Scapulæ, unde originem
ſumit , & deſcendendo eum perduc ad
inſertionem ſuam : Deinde ſupraſpina-
tum, & infraſcapularem, rotundum ma-
jorem , in quibus nullum diſcrimen , ro-
tundus minor autem aliquando vix ab
infra ſpinato ſecernitur, quare ad inſertio-
nem in os humeri decurre , quam diſtin-
ctam invenies , & poſt retrocedendo u-
num ab alio ſepara, ſic infraſpinatum et-
iam à ſcapula libera : Rotundum tamen
utrumque relinque principio & inſertio-
ni ſuæ annexum, hac occaſione poteris
deducere portionem latiſſimi dorſi ad
ſuam inſertionem, & ad cubiti flexores
extenſoresq; pervenire, ubi anterius fle-
xores ſepara , qui duo ſunt, biceps & bra-
chiœus propè unum ex principiis bicipi-
tis immò ipſi annexum videbis muſcu-
lum Coracoidem quem ab ipſo bicipite
ſepara , deinde bicipitem eundem : bra-
chiœum priter ab oſſe humeri (relicto
annexo principio) libera , poſtea exten-
ſores cubiti ſepara qui 3. ab aliquibus nu-
merantur, quorum primus à Scapulæ cer-

vico

rice originem ſumit, alter infra caput humeri 3. inferius: hos in ſuis principiis ab invicem ſepara, ſed in progreſſu unitos relinque, impoſſibile enim eſt ipſos ſeparare ſine enormi dilaceratione.

In manu musculi ſeparandi ſunt, prout ſeſe offerunt: Veruntamen primò musculi flexores & hos inter palmaris, ſed contrario modo, quam in aliis relinquendo ſcilicet eum annexum ſuæ origini & ſeparando ab inſertione, in qua obſervabis expanſum ejus tendinem, per volam manus, latiorem quò fieri poterit, relinquas, hic musculus aliquando abeſt, ſed decendo manus & tunc oritur à ligamento oſſium carpi cui annexus etiam tunc relinquitur, poſteà diſſecto eodem ligamento, apparebunt tendines flexorum digitorum.

Femoris ac tibiæ musculi conjunguntur, quia in ſectione conſpirant: In anteriore igitur parte 1. Sartorium (ſutorium, faſcialem) tolle, obliquè transcendentem ab imâ oſſis Ilium ſpina, usque in interiorem tibiam ſepara manu ſola, & digito immiſſo inter eum & rectum, reſeca in principio & fine 2. Membrano-

sum (fasciam latam) juxta fascialem in-
cipiendo, portione carneâ & membran-
nervosa ſeparata usque ad flexuram ſu-
genu, ad tibiam non pedem parvum q;
tamen ſemper movendus eſt. 3. Rectum
medium inter duos Vaſtos ſupercrure:
ab extrema ſpina oſſis Ilium usque ad
genu. 4. Vaſtos duos: Externum à bic-
pite reſecando, femore intorto, & à cru-
reo, per lineam candidam diſtincto: Jux-
ta latus externum, à majore trochanter-
ad tibiam incipiendo: internũ ex oppo-
ſito, ad trochanterem minorem, linea di-
ſtinctum quoq; à Crureo ſepara poſti-
à gracili & tricipite. 5. Crureum imme-
diatum, ſcalpello inverso derade: & qu-
hi tres musculi cum recto, ad unum te-
dinem concurrunt juxta molam & gen-
& fermè tricipitem conſtituunt, ide-
una opera adminiſtrari poſſunt, ſi pate-
la, in latere interno, prope flexuram à ti-
bia ſecernatur ſcalpello, ac ſub Vaſto in-
terno ſenſim ascendendo ſeparatio conti-
nuetur, ad os femoris verò omnis car-
musculoſa abradatur, ut & ex adverſo la-
tere ſub vaſto, quorum capita amputa-
d

a, crureus ab oſſe divellatur, ne tamen
brevius bicipitis caput ab externo latere
ledatur. 6. gracilem (poſticum) in inte-
riori latere, prope commiſſuram oſſis
pubis usque ad tibiam intra crura tere-
tem, hinc 7. ad ſuperiora regredere, &
pſoas contemplare, qui in lumbaribus
vertebris oritur teres, transcendẽdo osliũ
inter utrumque trochanterem implanta-
tur, incumbente tamen parvo pſoas prius
femoro orto à prima vertebra lumbali,
carnoso & terete, mox gracileſcente in
tendinem longũ oſſibus Iſchii annexo,
hic ſimul Iliacum internum, qui totam in-
feriorem cavitatẽ oſſis ilium replet, & cũ
pſoas ſupra Iſchiũ ad femur cujus oſſi ad la-
tus trochanteris annectitur, tendit: ubi 8.
reſupinato corpore, occurrit etiã triceps,
qui tamen 4. capita potius, totidemque
inſertiones habet, ut & lividus (pectinæ-
us) qui à pectine, ſeu oſſis pubis parte ſu-
periore pergit usque ad epiphyſin infe-
riorem femoris interni. In poſtica parte
inverſo corpore. 1. in Clunibus glutæus
maximus, qui oritur partim ab oſſe Ilium
partim à ſacro, & infra trochanterem
majo-

majorem deſinit: Deinde medius, inci-
piens à medio dorſo oſſis ilium, & in ro-
tatorum minorem finiens, ne tamen py-
formis unà auferatur cavendum, cuji
inſterſtitium vena monſtrat. Minor au-
tem glutæus fere totus incumbit oſſi Ili-
um, usquè dum cruris caput ſupergredi-
tur, ubi cum ſuperiore terminatur. 2. Se-
quuntur quadrigemini & obturatori
illorum primus pyriformis (iliacu
externus) ab oſſe Sacro carnoſu
& teres oritur, ubi reſecandus an-
guſtatur in tendinem usque in cavitate
rotatoris majoris: Secundus & terti
(burſa, ſeu marſupium carneum quem i
circumflectuntur, & in & ſuccumbendo
cohærent in principio, medio ac fine, a
ba ſolùm linea diſtincti, quæ inciſa ten-
dinem obturatoris interni (burſalis, mar-
ſupialis) offert. Adnatum interiori la-
bro foraminis in oſſe coxæ, qui ablati a
oſſe, in cavitate trochanteris majoris, di-
vidi poſſunt inſtar marſupii, in 2. partes
Quartus (Quadratus) adjacet proxim
iſtis remotis, ab obturatore externo ſupra
poſito, ad ultimum ſervando ſecernen-
dus. 3. Bicipitis caput longius, à tuber

oſſi

ſis Iſchii brevius à femore, terminus ab
ſe tibiæ computandus, cui in latere in-
no contigui ſunt ſeminervoſus, in ex-
riori loco cum tendine longo ac graci-
in fine: Semimembranoſus interior
m latâ aponeuroſi in principio tricipiti
nctus à 3. capitibus, quæ à pubis oſſibus
nnia oriuntur, torq; inſertionibus ſic
cto, cujus primum caput angulo ſupe-
ori, ſecundum medio oſſi, tertium hu-
iliori ſedi adnaſcitur, & inſertio pri-
, imò femoris connexa reſpondet pri-
o capiti altera ſecundo 3tia tertio. In
ſticâ tibiæ parte 1. gemelli ſeu Gaſtero-
nemii, ab epiphyſe ſuperiore oriuntur,
parandi à latere interno membranâ in-
ſâ & linea alba, dividente corpora car-
oſa. 2. Plantaris, à protuberantia infernæ
piphyseos femoris, cum tendine usque
n Calcem, ubi cum nerveo corpore co-
ærere putatur 3. Soleus à fibula obliquè
nterius usque in tibiæ musculos descen-
it: tendo, cum Gaſterocnemiorum
hordam magnam ſeu nervum ignavum
Celſi conſtituit: Cujus ſeparatio ſurſum
d principium facienda, & à poſteriore
alcis latere, cui annectitur. 4. Popliteus,
in

in commiſſura tibiæ & femoris, ſeparatur ad latus peronem reſpiciens, ſurſum à ligamento, usque ad latus externum in femore, ubi oritur.

In ſuperiore parte, ubi fibula aliquantum denudata eſt, 1. Peronœus biceps ſeparatur utbicornis in manu, ſi ligamentum ſub malleolo externo (ubi tendit ad metapedium, annexus uno tendine oſſi metatarſi quinto, altero plantam ſubiens ſub pollice deſinit) fuerit inciſum, perone ex altero latere denudata, à cujus ſuperna ac media ſede capita oriuntur. Superius quidem cohæret fibulæ & Cnemo dactylio, inferius pollicis extenſori appropinquat unde à quibusdá in externum & internum diſtinguuntur. 2. Cnemo dactylius ſeu digitorum extenſor longus, oritur à capite tibiæ ad latus tibiæi antici, tendit ad dorſum pedis ſeparatur ut in manu. 3. Peronæus flexor, qui à media fibula ortus ligamentum annulare cum Cnemodactylii tendine ſubiens, deſinit inter 4. & 5. os metapedii, 4. Pollicis extenſor oritur à medio externi lateris tibiæ cum Cnemodactylio pergit

an

ntequam ad pollicem perveniat, dividi-
ur in 2 tendines articulis pollicis inſer-
os quorum alter brevior cum pediœi
nusculi tendine copulatur. 5. Tibiæus an-
cus ad primum os metapedii tendit, eiq;
mplantatur ſurculum mittens ad polli-
is articulum. In obverſa parte laterali,
eu interna aut poſtica primum ligamen-
um incide, quod ſub malleolo tendines
onſtringit, eorumq; principia ſepara, ſic
. Perodactylius, ſeu flexor longus, ori-
ur ab interna & ſuperna fibulæ parte,
propè pedem ſuperat tibiæū poſticū, per
malleolum internum deflectens & uni-
ens tendines cum maſſa carnea. 2. Ti-
biæus poſticus, ſub malleolo ad cavum
pedis tendit, & oſſi naviculari, deinde cu-
biformi annectitur. 3. pollicis flexor à
fibula oritur, pergit ad pollicem, ſub
malleolo interno, continet oſſa ſeſa-
moidea.

Pes parvus: pedis parvi, indorſo, pe-
diœus, ſeu extenſor brevis oritur à talo,
porrigit tendines omnibus digitis præter
minimo, ſeparandus ab oſſibus charſi,
ab Aſtragalo, tendines ab oſſibus metape-
dii,

dii,ut connexio cum digitis appareat, interoſſei externi ſimul cum internis, berentur. In verſo pede, ſub planta auff 1. nerveam expanſionem, cum pingu dine, & hanc à musculis, Primò à prim digitorum articulis, hinc ſenſim à mem brana extenſa carneas fibras usq; du ad os calcis, & flexorem brevem, cui ten do firmiſſime adhæret, pervenias 2. Ex tenſor brevis,à pollicis abductore diſti guitur, hic à calcaneo reſecatur, ſub qu tendines pedem ingrediuntur, ſic ide extenſor à minimi digiti abductore, ca caneo, ſubjecta maſſa carnea, eleva principio, liberatur, oſtendit tendinu inſertiones in ſecundam articulatione digitorum. 3. Maſſa carnea, ſub tharſo, latere pollicis ſeparatur adnata eſt tend nibus flexoris longi, & arcte conjunct cum 3 lumbricalibus musculis,quali ta men quartus digitus caret, ideo à ſubje ctis carnibus ſimul liberantur, & ita à ſ invicem diſtinguuntur: tendines flex ris longi perforant tendines brevis, u profundus ſublimem manus: Flexor au tem pollicis ad inſertionem usque ſegre

gatu

atur 4. Minimi digiti abductor dupliter apparet oriri, & à quinto metatharſoſſe, & à calcaneo, nudatur ab oſſe, ut uſculus in manu. 5. Eodem modo abuctor pollicis 6. Carnea maſſa, quæ polci attenſa, eum ad reliquos digitos trat, cujus principium habetur, remotâ poneuroſi lata ac tenui, ſub oſſibus tharſi deinde ad inſertionem pervenitur, ne men 7. transverſalis musculus, ſub raicibus digitorum, læderetur, præſtaret am priùs ſemovere. 8. Inter oſſei interi magis, quam externi protuberant, adminiſtrantur, ut in manu. 9. tendinum ibiæi poſtici, & peronæi poſtici decuſſaus progreſſus, ſub plantâ, hac etiam vice mul conſpici poteſt.

ectio Brutorum viventium cum differentia Corporis Humani.

ùm crudele Homicidium ſit vivos & innocentes diſſecare vel ad Mortem uoq; condemnatos, peius ipsâ Carnifinâ; Quare viventia bruta omnis generis,

ris,Inſecta, ſerpentes, Aquatilia, Aves,, quadrupedia ſumi imo domeſtica Animalia, capræ, oves ac boves, dum mactantur,accuratius, quàm à Laniis, inſpici poſſunt: quorum plenus eſt Liber Leviticus Moſis. ruminantibus ſucceduni ſimiæ, Homini ſimiliores vel ſues inprimis v. Canis junior, ac mediæ ætatis,quorum plures ſine magnis ſumptibus comparantur, ut in uno tantum unius ſeu ſingulatis Actionis organum recte inveſtigetur,

Qui 4. cruribus diductis ſcamno alligandus, per os funiculo cannabino, vel ferreâ catenula, vinctus detineatur ne mordeat,etſi clamet ac latret,ubi 1 Diaphragmatis motū intueri licet, qui in inſpiratione deorſum, in expiratione ſurſum animadvertitur. 2. Cordis mirabilem conſtrictionem ſeu ſyſtolen, & dilatationem,ſeu diaſtolen; 3.Pulſuum in Arteriis differentias,detecto cordi; 4. Uterum canis fœmellæ prægnantis & gravidæ, in quo anterioribus pedibus ceu manibus crucem formantibus,jacent catelli: quorum ab utero extractorum moriens M

r majorem gerit curam quàm ſuimet, uæ ſilet & lambit, ſi ori admoveas, ali- ſ v. peregrinum rabie percita commor- t, vociferatur autem, ſi coram eâ ali- nem lædas. 5. Nervos recurrentes ſeu ocales, qui ſurſum revertuntur, aſperæ rteriæ adhærent & Laryngi im̄ittuntur: exter facilè agnoſcitur, tum quia albi- t, tum quia inſtar fili videtur eſſe: Si il- m elevatum digitis compreſſeris, vox n minuitur, ſi detrahas manum, vox re- ituitur, prorſus autem amittitur, ſin ab- indas: ſi deinde ſiniſtrum vinculo co- rctes canis ſtatim mutus erit, ſi liberes, milatrabit, ſin diſſecueris transverſum, mninò vox peribit, licet à vulnere hoc on moriatur, ſi ita dimitteretur. 6 Mo- pulmonibus innatū quem thorax & bdomen ſequitur, ut cordi & arteriis pul- s, qui celerrimus eſt, & quinquies vel xies abſolvitur, quando tarda reſpira- o ſemel, ut ita reſpirationis ac pulſus or- ana longè diverſa deprehendantur. 7. queum humorem circa cordis mucro- em, in pericardio, pauciorem viventi- us, mortuis copioſiorem. Si arteriam aſpe-

aſperam inter annulum & annulum iſ
cueris, & arundinem ei immiſeris, orii
admoveris buccis inflando, pulmones ſi
licò attollentur & cor amplexabuntu
paulo poſt pulſus immutabitur, ſeip
major redditus, 9. Sanguinis fervorem i
dextro cordis ventriculo, in ſiniſtro int
lerabilem. 10. Sanguinem copioſum i
arteria venoſâ ut in aliis, ſenſu collige
aerem ſeu fumum ratione & exhalati
ne. 11. Si thoracem citò aperias, cor a
prehendas & celerrimè 4. vaſa colliga
do prius, abſcindas, dum currere ſin
eum, tum adhuc abſq; Corde vociferab
tur, & progredietur. 12. Cerebri motu
excoriato cranio, & celerrimè fract
pulmonibus potius reſpondentem, quà
pulſui Arteriarum & Cordis, ob quem
nem anfractus illi foris in cerebro fa
videntur, ut intra Calvariæ cavitatem
melius poſſit dilatari & contrahi. Ut i
tur in Homine & cœteris Animalibus
dem eſt vitæ & nutritionis ratio, ita q
que vitalium & naturalium organor
haud diſſimilis eſt ſtructura; Solus ve
ſenſus ac motus poſtulabant majus Ar

ciu

um: Habet inſuper Homo præter ere-
am figuram atq; manus , multa alia
eculiaria , ut 1. caput orbiculari figurâ
rnatum, inſtar cœli rotundi, non tamen
xquiſitè globoſum, ſed quadantenus ob-
ngum, verticibus geminis extumescés,
ad laterâ utrinq; depreſſum. 2. Cere-
rum ampliſſimum & humidiſſimum,
o copioſum ſanguinem & ſpiritus. 3 fa-
em propriam , πρόσωπον, Majeſtaticam
verecundam, in tot millibus diſcretam
mper, quæ tamen decem, aut non mul-
plura poſſidet membra. 4. variegatos
culos & numeroſiſſimæ varietatis cùm
oum omnium nigri, ovium aquei, alio-
um rufi & in quavis ſpecie perpetuò ſi-
niles ſint, excepto Equo. 5. intervallo mi-
imo diſtantes, at depravationi obnoxios
culos, unde cognomina ſtrabonum, &
œtorum. 6. utrinq; palpebras, ut ſtruthio-
amelus, cùm quadrupedibus ſint in ſu-
eriore, volucrib⁹ in inferiore cilio. 7. Na-
ùm eminentiorem. 8 Aures immobiles,
d latus utrumque in eadem lineâ cum
culis, ſitas. 9 Claves. 10. Mammas parte
riore, cùm Elephantes duas quidem fe-

 rant,

rant,ſednon in pectore. 11. Partes ant[e]-
riores, pectus, ventrem,guttur, quæ qu[a]-
drupedibus inferiores: Superiores v.q[uæ]
illi poſteriores, dorſum, lumbi, nates 1
pauciſſimos pilos, niſi in capite, & qu
Animalium prona pars anteriori pa[rti]
Hominis reſpondet, ſupina poſterio[ri]
illa tamen vel glabra, vel minùs pil[o]
eſt,hæc hirſutior. contrà in Homine. 1
pilos ſub alis & pube; canitiem. 14. cr[a]-
noſiores nates,tibias,femora: cum cru[ra]
& coxæ quadrupedum oſſibus nerviſq[ue]
abundent. 15.Brachia retrorſum flect[it],
crura antrorſum: Contrario modo qu[a]-
drupedum crura priora ac poſterio[ra].
16. partem ſuperiorem minorem, qu[am]
inferiorem in juſto incremento: a[d]
Adoleſcentiam contrà: hinc infans 1
ptat quadrupes, deinde paulatim ſeſe e[ri]-
git, donec tandem bipes progrediat[ur].
17. Oſſium diſcrimen in mollitie ac [du]-
ritie mutabili: ut ſinciput in pueris.
dentitionem ſeptimo Menſe,cum reli[q]
naſcantur cum dentibus. 19. Bipedem
amuſſim rectum, crurum beneficio,
ceſſum, 20. Seſſionem,cum reliqua ſt

el jaceant. 21. cutem politam, æqua-m, lucidam, maximè temperatam ob nſum tactus puriorem: cœtera aut te-aceam, aut piloſam, aut molliorem. 22. quilibrium, cum quadrupes parte ante-ore graviores ſint, quàm poſteriore: ſic amelopardalis crura anteriora, poſte-oribus longiora habet, cum in Homine nanus ſint breviores pedibus.

Sceletopœia.

Neâ Canones hi ſunt notandi 1. cum Quadrupedibus fiat exercitationis pe-iculum & initium. 2. Eligatur Cadaver Humanum Staturæ atque ætatis mediæ, um virile tum muliebre. 3. Idem tam xquiſitè expoliendum, ut nullo modo s vel cartilago aliqua præcipua lædatur. . Cranium ſeu calvaria minore ſerrâ cutâ, quali hortulani in plantationibus eu inſitionibus arborum utuntur, ſuper-ilia verſus reſecetur. 5. Coſtarum car-ilagines oſſi pectoris relinquantur. 6. Eademque non coquantur, ſed à mem-branâ (perichondrio) tantum cultello iberentur, cuſtodiantur, ne à muribus

corroſa ſceleton valdè deforment. 7. W
tebrarum appendices dum diſſecant
ſimiliter conſerventur. 8. Cartilagi
inſignes filo excipiantur, vel in cha
concludantur: Larynx ſiccatus comm
dè hyoidi oſſi ſubnecti poteſt, oſſa ſ
mina colliguntur in pyxides ferreos, m
nibusq; ac pedibus appenduntur, ſic: i
terni tendines 4. digitorum, elegant
mè ſe perforantes ſuis manibus. 9. O
um majorum & cavorum Capita utri
ſecundum longitud. perforentur, ne p
pter medullam retentam nigreſcant. A
lioqui ſponte ſuâ fiunt candidiſſima, ſi
terrâ aliquot Annos ſepulta jacuerint, p
ſtea aeri ventisq; exponantur, ut in C
meteriis. 10. Candidiora autem redd
tur, ſi in aqua ſimplici ſolum, ſine calce
cineribus elixentur. 11. Puelli oſſa (d
non coquantur, videndo ſemper, nu
caro relicta cum ligamentis abradi q
at? 12. Linteis includantur cranium, p
des & manus ſumma cum Carpis, ne de
tes, Auditus oſſicula, vel ſeſamina am
tantur: Cervix juncta maneat Thora
vertebræ Lumborum oſſi Sacro & Iliu
bu

achia & crura inter ſeſe. 13. Pinguedo
medulla, quæ mixtæ ſuperficiei Aquæ
natant, diligentiſſimè deſpumentur, ne
ris iterum adhæreant, aut imbibantur:
ſerventur potius ad alium uſum exter-
um contra Dolores ac Tumores. 14.
um ex aheno ſumuntur pleraq; ſignen-
r, ut dentes, coſtæ, vertebræ, carporum,
ediorum, digitorum, ne dextra cùm ſi-
iſtris, ſuperiora cum inferioribus, in
onnexione deinde confundantur. 15.
uriosiſſimè purgentur ab adhærentibus
dhuc carnibus & ligamentis, ventoque
cco exponantur, ne fœteant: abraſa ve-
o ſepeliri poſſunt cum reliquis. 16. Inter
lixationem crebrò ſubmergantur, ne à
umo inficiantur. 17. Singuli Dentes
uis alveolis aliquo glutine, ut cera Hi-
panicâ, iterum inſerantur. 18. in prom-
tu eſſe debent aliquot terebella, magni-
dine differentia, qualia ſunt tornato-
um, ut bidui vel tridui ſpatio multa mil-
a foraminum parentur. 19. Præſtò ſint
militer fila triplicia ferrea vel ænea, quæ
gnita fiunt tenaciora: Vel in horum
efectu chordæ Muſicalium Inſtrumen-

 torum,

torum, autcithararum, quibus omni
quàm naturaliſſimè conjungantur, e. g
filo craſſiore Humerus ſcapulæ, cubitu
humero, Manus extremo radio, femu
acetabulo coxendicis, Tibia femori, pe
minor Tibiæ comittatur: Mediocri ve
tebris & ſterno coſtæ: tenuiore, meta
carpium ac digiti. 20. Elegantia ferè to
conſiſtit in ſphæricâ Thoracis figura, cu
danda eſt omnis opera. 21. pro Memori
ſingulis oſſibus uſitatiora Nomina a
ſcribantur. 22. duo quoq; ferrei vecti
conficiantur, unus canali ſpinæ dorſi us
in Cranium imittatur, alter ſupponatu
oſſi Sacro, ut ſtet erectum. 23. Erection
initium fiat à pedibus, ut domûs à Limi
ne: Calx utraq; firmiſſimè clavo affiga
tur tabulæ ligneæ ſubjectæ, talo imponat
tur Tibia, tibiæ femur, femori os Illi
um, &c. vitetur crurum flexio. 24 Pric
vectis ſpinæ dorſi etiam perforetur duo
bus in locis inter vertebras cervicis &
thoracis, tum ſupra, ubi foramini occip
tis inditur, ut per illud vectis tertius tran
verſus progrediatur & reclinatio prohi
beatur: Hujus v. medio cranium fiat im
me

nobile, ut tamen aperiri poſſit. 25. Ut benè oleat, Cranio imponantur fila ſerica Moſchum redolentia. In Theatro Anatomico Leidenſi varia ſceleta repoſita ſunt Animalium tum vulgarium, tum exoticorum, ibi Hiſpanus quidam poſt mortem ſuam adhuc equitans ſpectari poteſt.

Obſervationes Individuales:

QUod totius corporis conformatio ſecundum Secula, Climata, aliasque Cauſas immutari & variari poſſit, facilè probatur, ſi Progreſſiones Univerſales Maximas inter ſe invicem conferre velimus, teſtatur id ipſum quoq; Hippocr. de Micro-Cephalorum propagatione in Aer. Aq. & Loc. & quotidiana Experientia in vaſis Umbilicalibus, Anaſtomoſibus Cardiacis, tum intra, tum extra Uterum: ſic plurimos olim Gigantes fuiſſe, etiam ad 20. ped. longitud. ſtaturæ & Sacræ & profanæ tradunt Hiſtoriæ: cùm juſta ſtatura 6, tantum pedes habeat: at

Nani & Pigmæi hodierno tempore ſui notiores : fuit Plateri ætate talis in Aul Würtembergica, qui integrè armatu cum brevi haſta & gladio accinctus, i artocreas occultabatur, ut nuſpiam con ſpiceretur, donec in Menſam appoſitu fracto Artocreate eruperit & ſtricto gl dio, gladiatorum in morem Menſæ in liens, omnibus riſum ac admirationem moverit: de Sagarum oculis conſtante dicitur, quod in illarum pupillis Icuncul ſemper inverſo modo appareat non ere cto, ut in aliis bonis ac fidelibus homi nibus, ſic Capitis ſuturæ in diverſis ſub jectis variè admodum non raro compa rebant: Columbus in filio ſuo triplicem ordinem Dentium animadvertit, cùm naturaliter unicus detur duntaxat; vid idem in Capite Gigantis maxillam infe riorem ſuperiori adnatam & immobi lem, quod tamen ſub terra demum po mortem etiam fieri potuit, vertebræ quo que impares interdum repertæ ſunt: Co ſtæ viſæ 22. 25. 26. ſternum modò è 2. 3 modo 4. oſſibus. Os, Ilium Sacro unitum femur, ut & tibiarum proceſſus quosdam

acu-

cutos ad palmi longitud. habuiſſe femur, tibiam & molam inter ſe unita, ſex digiti etiam in una manu, vulgo innotuerunt, extremus pollicis articulus bifidus, ſceleton ex unico oſſe conſtans, ſine ullis articulis, Columbo donatū, vitrivorax Venetus Lazarus, guſtatu carens, quævis devoravit, in quo quarta nervorum conjugatio ad palatum & linguam non derivabatur. Multis furibus defuit musculus ille, à quo latus tendo in volâ oritur, quo tendine tamen non carebant, ſed hic à brachialis ligamento enaſcebatur, venarum tum internarum, tum externarum in ſingulis Individuis eſt peculiaris divaricatio: interdum ſunt Ureteres 4. ren unus, isque maximus. Lienes 20. librar. cartilagine exterius obvoluti. Pulmo in plurimis pleûræ adnaſcitur: habet ſteatomata & atheromata, ut jecur cum oſſe etiam inventus eſt, in viventibus aliquoties totus ferè conſumptus. Omentum extra Umbilicum prolapſum ad ℔ß. in Scrotum ad ℔j. in thoracis cavitate magna aquarum Copia, unde hydrops pectoris ſeu pulmonis. Cor non-

nunquam exulceratum cum ſepto ſuo medio & ventriculis, Cuidam frequenter Animi diliquium & ſyncopem patienti defuit pericardium. Multi Apoplectici obierunt, præſente aquę copiâ in Cerebro. porrò lapides varii in renibus, pulmonibus, jecore, vena portæ, ureteribus, veſica, umbilico, venis hæmorrhoidalibus, billi veſicula, &c. deprehenſi ſunt, abſceſſu duri ſeu ſcirrhi in omento, peritonæo, corde, aut jecore. In Cardinali quodam ventriculus & Inteſtina ſanguine pleniſſima. Genitalia hermaphroditorum ſeu Androgynorum, nomine puerorum vel puellarum baptiſat, prout pudenda magis ad virilia, vel muliebria acceſſerint. con. (Bauhin. Schengk. de Monſtr. Poſthii Epigramma de Thoma Schweikero, qui manibꝰ deſtitutus pedũ auxilio omnia co bibat. Patavii diſſectum eſt Monſtrum ſeu puer ſemeſtris, cui alter incubuit parte anteriore. An Hymen incorruptæ virgini deſit, ſecundum vel præter naturam? vid. Sever. Pinæus, & Deuteron. 22. à 13. ad 22.

Com

Conditura Cadaverum.

SEu Modus Condiendi vid. ap. Sole-
nand. in Conſ. Hœfer Foreſt. Weickard.
ſub pulver. & alios, qui de Mumiis ſcripſe-
runt. Nos enim hic ſubſiſtere cogimur, &
ob Amanuenſis defectum, & propriæ
valetudinis imbecillitatem, quare praxin
pathologicam περὶ καὶ διαγνωστικὴν, differe-
mus nunc ad occaſionem proximam
commodiorem: Interim tamen adhuc
ſubnectemus breviter promiſſa Aſtrolo-
gica. Quæ quidem omnia ad Quantita-
tem continuam, ſeu Tempus, vel Prædi-
camentum Quando referre quoq; potuiſ-
ſemus, verum quia Deus T.O.M. non di-
xit Gen. 1. 14. וה יד לא׳תח למרו עוים
vel לאחחבוטוים ſed interponit copu-
lativam vau לאחדלסרו צוים. non
in ſigna Temporum, ſed in Signa &
Tempora. Mutationes inſuper & Effe-
ctus futuri Aſtrorum, utpote radicaliter,
formaliter & primò moventium, certoq;
& conſtantiſſime recurrentium, pluri-

mo antequam eveniant intervallo præ-cognoſci poſſunt: Quamobrem hunc ipſis Locum deſtinavimus: ut ſint

Sectionis Tertiæ
Portio Prioriſtica
Temporis Correctio.

Triplex eſt: Converſio, Æquatio, & Reductio Meridianorum: Illa 1. Tempus uſuale in Aſtronomicum, aut contrà, commutatur: Cur enim Ephemerides Aſtronomicæ ſupponant Tempus Aſtronomicum, quod à meridie uno ſequentem diurnæ obvolutionis periodum continet, uſuale 2. Tempus modò à media nocte inchoetur, ut apud nos, modò ab ortu, ut Noribergæ, modò à Solis occaſu, ut albi: vid. Maginus, ideo ex tabulâ Quantitatis Dierum petatur arcus ſemidiurnus aut ſeminocturnus, & hac methodo perpetua procedatur; dum Tempus uſuale convertitur in Aſtronomicum:

Horis

Horis numeratis ab	ortu ſubtrahitur arcus ſemidiurnus	& proveniunt Horæ à meridie
	occaſu, additur arcus ſemidiurnus	
	media Nocte, adduntur H. 12.	

Dum Tempus Aſtronomicum in Uſuale:

Horis a meridie inchoatis	additur arcus ſemidiurnus	& proveniunt Horæ numeratæ à	Solis ortu
	ſubtrahitur ſemidiurnus		Occaſu
	ſubtrahitur H. 12.		Media Nocte.

Vel pro priore modo Horis antemeridianis addantur Horæ 12. & numerus dierum minuatur unitate: pomeridianæ v. à 12. ad primam Noctis Mediæ nulla prorſus indigent mutatione, quia cum Aſtronomicis rite conveniunt, e.g.
Hor. Aſtr. 0 1. 2 3. 4 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.
vulg. p.m. 12 1. 2. 3. 4. 5 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
a.m. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
Sic Natus Ann. 1617. d. 17. Januar.

a, m, H $\frac{1}{4}$ ante ſextam, eſt N.d 16.Januarii H.17.45. p.m.

Iſta II. æquale Tempus Aſtronomi-cum in apparens ac verum commutat; aut contra, tempus apparens etuſuale æ-quat, interveniente proſtaphæreſi: quia tempus in Ephemeridibus æquale eſt, di-es nim. unâ Æquatoris reſtitutione, ac ar-cu ſolis diurno æquali conſtans, cùm ta-men interim Solis ille additus arcus mo-do major, modo minor ſit, nec æqualibus ſegmentis zodiaci æqualia ſemper Æqua-toris tempora correſpondeant, ut proin-de dies apparentes, & noſtri uſus æquali-bus modo majores, modo minores ex-iſtant: Quare ex Tabulis proſtaphæreſe-on hæc Æquatio invenienda: quas cum Loco ☉ ingred. & æquationem in area gradus in latere dextro deſcendente & ſignum in fronte monſtrant vel addenda vel ſubtrah.

Hac III. Meridiano noſtro accom-modantur, quæ ad alium atque alium ar-tificiosè computata ſunt: cum enim terra humida, & terrenorum Locorum diſtan-tia arcuata ſit, Eadem Phænomena ha-babent diverſa tempora in diverſis locis

ac eadem tempora diverſas apparitiones: Quare totum Terræ ambitum, aut Æquatoris, menſuramus temporibus 360. ſeu horis 24. & arcus quibuslibet Meridianis interjectos ſeu longitudinum differentias metimur modo temporibus ſeu gradibus Æquatoris, modò Horis, earumque partibus. Oportet a. ingredi tabulam longitud. & aliorum locorum longitud. cum noſtro Meridiano conferre, differentiam deinde cővertere, in horas earumq; partes E. g. Differentia longitudinis inter Meridianum Argentinæ & Marpurgi eſt 3.gr.45. quæ faciunt horaria ſcrupula 17.plus minus, vel Ephemerides ad alia loca ſic accommoda: ſubtrahe longitudinem minorem à majori tuæ Civitatis & Ephemeridum: differentiam reſiduam in tempus converte i.e. multiplica gradus cum 4. dabunt tot minuta Horæ: 15. M. faciunt 1. M. Horæ: ut j M.4″.1″ dat 4‴. e.g. 28°.26. à 39°, relinquunt 10, 40. vel 40. H. 2. 40. Summa: 42.40. H. quod adde tempori Aſtronomico, ſi locus tuus fuerit occidentalior. i.e. longitudo minor Ephemeridibus: Subtrahe, ſi orientalior ſeu major,

jor,

jor: & ita quidē in Motibus. è contrà v. in Aſpectibus: ſi locus tuus eſt orientalior adde, ſi occidentalior, ſubtrahe, e.g. Eclipſis, quæ Romæ eſt, H 22 59 ſub longit. 38 30. fit Marpurgi H. 22. 35 ſub longit. 32 35. quæ fit Uranoburgi H. 22 5 . ſub Longitud 36. 45. & Caſſell. ſub long. 33. 25 H. 22. M 39.

Erectio Thematis ſeu Figuræ Cœleſtis.

Quovis momento temporis juxta Modum Æqualem ex Globo Cœleſti & Ephemeridibus inſtituenda eſt hac ratione: dirige, Globo priùs conſtituto, Quadrantem ſeu Quartam Altitudinis vertici annexum, ad verum occidentis punctum. h. e. ad contactum Horizontis & Æquatoris in occaſu, deinde applicato ſemicirculo poſitionis ad 30. grad. in quadrante, ab Horizonte ſurſum numeratum, in Ecliptica occurret initium Octavæ domûs: ſimiliter Semicirculus poſitionis applicatus ad Ejusdem quadrantis grad. 60. notabit in Ecliptica initium Nonæ domus: Meridianus deſignat initium Decimæ: Jam Quartam Altitudini

dinis ex puncto verticali demitte ad ve-
rum orientis punctum, in altera globi
parte, & ſemicirculum poſitionis ad 60.
gr. quadrantis applica, pro initio unde-
cimæ. Semicirculum duc per 30 gr.
Quartæ pro XII. domo. Primam Do-
mum Horizon ortivus ſignificat; Reli-
quæ colliguntur per gradus ſignorum
oppoſitorum, vel compendioſiùs ita; ob-
lato themate & converſo tempore uſuali
in Aſtronomicum conſidera locum Ec-
lipticæ, quem Sol tenet ad merid. com-
plet. cujus Aſcenſioni Rectæ add. gr. æ-
quator. convenientes Horis & Minutis à
merid. elapſis, ut proveniat Aſc. MC cu-
jus gradus Eclipticæ, ex Tabb. AR. inventi
vocantur cor Cœli: Cui add 90. gr. da-
bunt A O H & hujus Arcus, reſpon-
dẽs Elevationi loci, cuſpidem primæ do-
mus, quẽ gradũ & minuta ſemper inſcri-
be ſingulis domibus ſeqq. unâ cũ Signis
ſecundum ordinem & ſucceſſionem E. g.
Sol tenet. 18.25. ♓ AR eſt 349.22. add.
pro hor. 0. 51. gr. 12.45. m. f 362 7. abjic.
360. manent. 2.7. cui in Tabb. AR. re-
ſpond. 2. 16. ♈. cor Cœli, add. 90. f. A.
O.

O. tæ. 92. 7. dant. ſub El. Pol. Norim-berg. 26. 32. 69.

Hic Modus æqualis eſt Univerſalior reliquis omnibus: vel ſi in Tabb. domor. Decimæ Domus Horis ſemper addantur 2. Horæ: vel in Tabb. Aſcenſ. rect. 30. gr. Areæ, & ſignum gradusq; Decimæ erit cuſpis XI. vel quære cuſpidem X. & I. IV & VII ſubtrahe X. à I. differentiæ tertia pars add. X. emergit XI. huic iterum addi pro D. XII. ſic H. & J. C. differentiæ tertia pars addit. H. erit D. II. & ite-rum III.

Erectio Thematis

Juxta Modum Inæqualem & 1. Ratio-nalem, Hæc eſt: Globo primum recti-ficato, & ita quieſcente, nota in Abaco numerum Æquatoris graduum ad Ho-rizontem occiduum conſtitutum qui di-citur Aſcenſio, obliqua ſeptimæ domus; ad hanc Aſcenſionem adde gradus 30. illi-lique termino ſemicirculum poſitionis, duabus Horizontis & Meridiani ſectio-nibus affixum, impone, quia gradus Ec-lipticæ, qui ab iſto ſemicirculo ſtringitur

c:

ſt cuſpis octavæ domus: Numero præſcripto rurſus alios 30. gr. adjice, movendo ſemicirculum poſitionis ſimiliter ad inventos gradus: qui igitur gradus in Ecliptica iterum ſtringitur, eſt cuſpis nonæ: Eodem modo ac ordine initia & cuſpides reliquarum domorum cognoſcuntur, ſemper addendo 30. gr. Numero antecedenti: Inventis hac arte 6. domibus ſupra terram reliquæ 6. ſubterraneæ facilimo negotio, per oppoſitos ſignorũ gradus habentur. Qui Zodiaci gradus pro XII. domiciliorum initiis, figuræ quadrangulari vel circulari inſcribuntur. Deinde Planetæ ſuis Domibus, ex Tabulis Alphonſin. Pruteric. Danic. Philol. Lansberg. Friſic. Tychonicis, Mariæ Cuniliæ à Leonibus aut Ephemeridibus Magini, Origani, Eichſtadii, Argoli, Heckeri. Tertio loco Stellæ fixæ inſigniores: ubi in globo ſemicirculum poſitionis cuſpidi duodecimæ domus adjunge & quascunque ſtellas eidem, & circulo Horizontis ſupra terrã incluſas cernis, eas ad duodecimam domum refer: Eundem circulum promove principio XI. domus, & ſimiliter

ter reliquarum ſupra terram exiſtentium, in domibus a ſubterraneis in vertce Globum, polum antarcticum eleva, ut priùs Arcticum, & 1. Domus initium dee duc ad Horizontem occiduum, cujus initio applica ſemicirculum, protinus ap parebunt ſtellæ ad 1. domum pertinentes: Idem cum reliquis domibus: Quod ſi ſtella ſub ſemicirculo poſitionis reperiatur, cuſpidi illius Domus ineſſe judicabitur, cujus initium deſignat ſemicirculus. E g. Naſcitur aliquis, Anno 1526. die 11. Mart h. 10. 31. p. m. ſub Elev. Poli ſ. latitud 55. longit. 32. dirige itaq; Globum ad Elev. 55. per locum ☉ (in 21. min. ♈.) promove ad Meridianum, adjunge Indicem Horar. Horæ 12. Merid. poſtea circumduc globum, donec Index Nativitatis Horam, nempè dimidiam undecimam pomeridianam indicet, ſic firma, ut maneat & gradus 68. Æquatoris, ab interſectione vernâ computatus, tangit Horizontem occiduum, huic adde 30. fiunt 98. Quibus in æquatore inventis applica ſemicirculum Poſitionis, qui feriet Eclipticam ad 9. gr. 47. pro cuſpide ſeu

initio

initio octavæ domus: rurſum alios 30 gr. adjice priori ſummæ, fiunt 128 ad quos traducto ſemicirculo, interſecabitur Ecliptica in 10. gr. 37. 69. pro IX domo, continuatâ hac 30. graduum additione. & ſemicirculi applicatione, erit x domus, 6 gr. 18. ♍. xi. 6. gr. 43 ♎. xii. 25. gr. 55. ♎. Primæ 15. gr. 29. ♏. reliquas ſex ſubterraneas pariter habebis per Regulam oppoſitionis: II. 9. 47. III. 19. 3. ♑. IV. 6. 18 ♓. V. 6. 43 ♈. VI. 25. 55. ♈. VII. 15. 29. ♉. Planetarum Loca ex Ephemeridibus in hoc ſchemate: ♄ 6. 26. ♈. ♃ 14. 55. ♉. ♂ 21. 51. ♈. ☉ 0. 21. ♈. ♀ 6 8. ♉ ☿ 6. 31. ♓. ☾ 16. 25. ♓ vel compendioſius. 1. Aſcenſioni rectæ Solis adde Horas Nativitatis cum Minutis, in Tempus Æquatoris converſas ab aggregato integrum Circulum 360. ſi adeſt, remove. 2. Hoc aggregat quinquies 30. grad. pro ſingulis cuſpid. auge, integrum quoque circul. ſemper abjiciendo. 3. Aſcenſionibus ſingularum cuſpid. titulos appone ad ſiniſtrum, ad dextrum v. latus eorundem Elevationes. 4. Has Tab. Domor. Ra-

tio-

tional. Regio Montani, p. 175. exhi-
bet, per partem proportionalem corri-
gendas. 5. Gradus correſpondentes ad-
ſcribe, pro x Aſcenſionem rectam adhi-
bendo & Part. Proport. utrobique in A-
reali Ingreſſu, vel 1. quæratur AR. Solis, i8
ſingulæ Horæ p.m. in 15. gr. ſingulæ Mi-
nuta in 15. Æquatoris mutata, aut hæ
cum 4. diviſa, addantur, ſic habes A
MC. cujus reſpondens gradus Zodiaci
eſt indagandus. 2. His AR adde gr. 30
habes Aſcenſionem Obliquam domus
XI. & hujus gradum Eclipticæ ex Po-
elevatione Domus XI. III. 3. Aſcenſio-
nibus XIæ. adde iterum gr. 30. habes
O. domus XII. & gradum Zodiaci erru-
endum ex Tab. polari Domus XII. I I.
Illis denuò adde gr. 30. & habes A. O.
Horoſcopi, gradumque ſigni ex Ele-
Pol. factæ Nativitatis. 5. His A. O. ite-
rum add. gr. 30. habes A. O. domus ſe-
cundæ, cui reſpondet gradus Eclipticæ
in Tab. polar. D. XII. II, Illi iterum
add. gr. 30. habes A. O. P. III. & ſi-
gnum ſub Polo Domus XI. III. His v
conſtructis, reliqua ex oppoſito
ſpco

ſpondent: demptis ſemper 360. ſi ſupe-
ent,

Erectio Thematis

II. Ex Tabulis Domorum hæc eſt: In
quire locum ⊙ ad tempus datum ex E-
phemerid. quæ duntaxat ad Merid. o-
mnes Planetas numerant, h. m. ſubtrahe
Motum tui diei à motu ſequentis, & in
24. H. divide, e. g. ⊙ movetur in
24. H. per 1. gr. 1. M. quot in H. 22. 7.
o. multiplica 22. cum 1. gr. vel 60.
m. ſ. 1320. divid. per 24. ſ. 55. m. per-
ge multiplicando 7. M. cum 60. ſ. 420.
adde 30. ſ. 45$^{o\prime}$. divid per 24. ſ. 18$''$. re-
manentibus 18$''$. quæ muta in tertias
1080. divid. per 24. ſ. 45$'''$. ⊙ ergo in
22. H 7. 30. movetur 55$'$. 18$''$ 45$'''$. quæ
addito loco Meridiano Ephemeridum,
verum ſitum exhibent. 2. cum verò ⊙
Loco ingredere Tabulam Domorum,
Elevationi Tui toti, aut proximè ma-
jori, aut minori, aut inter has mediæ, &
quære gradum ⊙ ſub titulo Domus X.
Si hora exactè Meridiana eſt, ſtatim in
cuſpide ſeu principio Domus X expri-
ma-

matur ☉ cum Signo, ut reliquæ Domu[illegible] ad dextram ſine mutatione: ſin autem [illegible] pomeridiana, priùs invento Solis grad[illegible] tranſcribe verſus ſiniſtrum Horas & mi[illegible] nuta, adde Horis & Minutis Nati tem[illegible] poris, ſummam collige, ſi excedit 24 H & 60. m. hæc abſtrahe, & reliquum ſer[illegible] va, inq; eâdem Tab. Domor. ſub titul[illegible] Tempus à Meridie, numerum hunc, [illegible] proximè major. aut minorem, propo[illegible] tionaliter inveſtiga, & è regione ſex D[illegible] mus occurrent, quibus aliæ è Diamet[illegible] oppoſitæ, in XII. Domicilia, ſingulæ ſ[illegible] locis collocandæ.

Alii loco ☉ ad H. Nativit. rectif. i[illegible] gred. Tab. ſub El. Pol. & in area X [illegible] mus à Merid. excerp. illud augend. p[illegible] ſingulis 15. Min. ☉ gradu adhæren[illegible] bus, uno minuto, & pro ſingulis 8. m[illegible] ☉. 30°. 2. add. tempus Nata[illegible] converſum, non reduct. nec æqu[illegible] Aggregatum, rejectis ſemper [illegible] H. ſi opus, in priore areâ ſub tit. temp[illegible] mer. quærunt & excerp. cuſpid. Dom. XI XII. I, II, III. ſemper 15. Minut. add[illegible] pro ſingulis Min. in tempore, ſi hoc [illegible] acte non reperiretur, e. g. Locus ☉ [illegible]

8. ♍. tempus à merid. H. 11. 56. 20.
dd. 2. 30. ſ. 59. H. 11. cum tempore
onverſo H. 18. 30. ſ. 30. 29 ſubtrah.
4. H. ſ. 6. 29. quærendum: Tempus au-
em inventum: 6. 26.

		X	XI	XII
6.	26.	6	15.	13.
.	1	15		
.	1	15		
.	1	15		
ggregat. 6	29	6. 45	15. 45	13. 45

I	II	III
4. 38.	27.	26.
5. 23.	27. 45.	26 45.
Culpid. correſp.		
6. 45.	15. 45.	
♋	♌	♍
5. 23.	27. 45.	26. 45.
♎	♎	♏

3. Rectifica per Trutinam Hermetis: Nam quem Locum Luna in Conceptione tenet, ille Gradus & Signum in Partu

horoſcopat, & contrà 1. igitur Angulum ortus à loco Lunæ ſubterraneæ Partûs tempore, ſubtrah. vel angul. occasûs à ☾ ſupra terram: Signis ſemper in ſuos numeros reſolutis. 2. cum diſtantiâ ingred. Tab Manſion. in Utero, tempus excerp. 3. Menſem Nativ. in dies Anni, vel commun. vel Biſſext commut. quibus completis add. Dies Nativ. ſeu Menſ currentis ad dies Anni current acquirendas 4. a hoc dierum numero, reaſſumptis 365 366. ſi opus ſubtrah. dies manſion. prodit tempus Conceptionis, quod iterum in Menſes commutand. diesq; proximè minor. ab eodem ſubtrahendi, residuumq; reſervandum, ad H ulterius preveniend 6. interdum, quando ☾ ſupra terram eſt, ☾ ad merid. diei Conceptionis cum Ang. occasûs coincidit. 7. ad Hor. Concept. inveſtigand. ſubtrah. a A.O. ☾ D. Nativ. non certiſſimè æſtimatæ, A Rectum ☉ ad merid. Diei Concept. à ♑. arcu deductam 5. 90. auctam ut prodeat Arcus Æquatoris, in tempus convertend. ad quam Horam ☾ correcta verum vel ortum, vel occaſum exl

beb

bebit, vel cum ☉ ad merid. ejusdem Diei in Tab. Dom. El. P. quære H M. à merid. & cum gr. ☾ Nativ. ſub primâ Dom. etiam, illas ab his ſubtrah. cum 24. ſi opus, prodibit tempus p. m. Conceptionis vel *per Animodar* i.e. Præventionalem Luminalium vel conjunct vel oppoſitionem, quam 1. quære, ejusq; rectorem ſeu diſpoſitorem ſcil. in conjunct. utriusque, vel oppoſ. ejus quod tempore ſyzygiæ ſupra terram eſt, cum gradu & min. ad merid. nota. 2. huncq; gradum in Angulum potiſſimum, pro vicinitate Numeri Arithmetici, colloca, inprimis primæ rarò Xmæ 3, reliquas domor. cuſpid. ex tabb. add. & figuram verific. 4. inſcribe locis ☉ ad merid. Nativ. 5. AR ☉. ab AR MC. ſubtrah, reaſſumpto integro circulo 360. ſi opus reſiduum in tempus commut. quod dabit Horam 6. ſingulòs deinde Planetas accommoda, cum corrigendo ☉ etiam. Interdum Conjunct. poſtrentionalis Horoſcop. à diſpoſitore ſuo verificat, ſi non admodum ſit remota à Die Nativ. 1. ☉ non poteſt eſſe diſpoſitor. 2. Diſpoſitores diverſi-

modè vel IV. vel VIIam eligunt harum d
cuſpides, cujus ratio tamen adhuc neſci
tur: Potiſſimi v. Angulum Primæ. vel p
Directiones & Accidentia Nati: ubi
ſit tempus Nativit. & Morbi completum
in promptu; quod ſubtrah. reſiduum cō
vert. in grad. & min. ſubtrah. à loco Pro
miſſ. & reſiduum in cuſpid. Horoſc. co
loca, additis etiam reliquis ex Tabb: de
mor. 2 AR. ☉ ab ARMC ſubtrah. reſid
in tempus mutat. diſcrepantiam ob
ſerva.

4. Planetas inſcribe, ita ut ante ve
poſt cuſpidem illius domûs, in cujus ſi
gno decurrit, vel in ipſo cuſpide, ſi eosd
gradus habeat, character pingatur: quo
ad datam Horam computabis h. m. ex
cerpe motus diei præſentis & ſequentis
ex Ephemerid. ſubtrah. minor. à majo
additis 30°. ſi fieri nequeat, & relinqu
tur motus diurnus, quem divid. in 24. a
eliciendum motum unius Horæ, gradi
bus & horis in minuta, & his in ſecund
ſemper reſolutis: vel per Reg. Detri pri
mo loco ponantur 24. ſecundo motus di
urnus, tertio horæ dati temporis, h
mul

multiplica cum ſecundo, & per primum divid. reſiduum add. motui meridiano, ſi planeta directus, ſin retrogradus, ut & Caput Draconis, ſubtrahe.

5. Similiter ſtellas fixas principaliores primæ magnit. quæ nim. Planetis & 4. Angulis viciniores ſunt, Cometas, Progreſſiones Univerſales, (Annuam, Mediam, Maximam) inſere debitis locis, cum parte fortunæ, quam ita invenias: Numeratis ſignis ab ♈ usque ad locum ☉ ☾. H. ſubtrah. locum ☉ à ☾. additis 12 Signis. 30. grad. 60. minut. Si opus reſidua ſigna & gradus adde loco Horoſcopi, demptis 12. ſi excedit, ſumma notabit locum. ⊕ Quæ v. à ☉ in ☾ ſemper accipitur, præter quam ſi oppoſitio Nativ. præceſſerit, & in hac Sole Luna ſit potentior, tunc à ☾ in ☉ m extrahitur. Ptol. ⊕ igitur tantum abeſt ab H. quantum ☾ à ☉.

6. Extrue Tab. vel Speculum Aſtrolog. Locor. Hylegial. ſecundum certas cellulas ordina, pro 12 Sign. ſtell. fix. 7. Planet. 1. X Dom. Capit. Drac. Progreſſ. univerſal. ⊕ Aſpect. Singul. Longit. Latit. Antiſc. profection.

6. Erue Dominum Geniturę qui no… nullis eſt ille,cui Sol appropinquat : deccu… temperamentum , quod ex illo Planet… cui Luna affluit, Signo i. X domus, a… Luminarium itemque Trigonis pra… pollentibus & Planetis reliquis tanquam… Membris principalibus colligunt : jux… ta Ptolom ex dignitatibus v. aliter,ſicq… inſtructus ad formandi Judicii Aſtro… logici requiſita accingere eaque accu… rate perpende ac pondera : quinq; gra… dus, quamvis cuſpidem antecedentes ip… domicilio ſemper annumerando.

Situs. Stellar. Fixar. Planetar.. Signor. Viſibil.

♈. Cingul. Orion. o. o caput Drac… 1. G. 6. m. Polar. 4. 29. Orion Humer. dex… ter 4. 39. can. maj. 20. 2. viſibil. ♊ 26. 1… Caſtor, Apollo 26. 8 Pollux, Hercules 2… 10.

♉. can. min. 1. 45. ☾. 3. viſibil. ♋… 13. 16. Prox. Pol Zod, 17. 53. ipſe Pol. Z… 16 gr. viſib. ♌ 21. 11.

♊ hydra, 3. 12. cor ♌ exalt. ♌ 5…

44. Berenic. 13.37. caud. ♌.27.30. viſib. ♍.29.14.

♋. vindemit. 15.50. roſtr. corv. 18.8. ♀.20.27. ſpic. ♍.29.43.

♌. urſa maj. 0.6. Centaur. pes 11.8. Coron. alphabeth. 18.5. ☿.18.8. ☉ 20. ♌. ♃ 20.17. viſib. ♎ 21.1. Lanx B 25. 15. coll. ſerp. 28.12. (15.40.

♍. ♂ 1.35. viſib. ♍.9.6. cor ♍. ♎. ☊.1.5. viſib. ♂.12.17 Lyra 21.10. caud. Aquil 25.42. ♄ 27.19.

♏. Aquil. 7.36. viſib. ♑.9.48. caud. Delphin, 19.59.

♐. viſib. ♒ 3.56. fomahand. 9.38. cygni caud. 11.20. viſib. ♓.24.32. Ala Pegaſi 29.23.

♑. ſchear. 5.16. Pegaſ. 15.5. cap. Androm. 20.14.

♒. cing. Androm. 6.16. viſib. ♈. g. 7. fulgida ♈.13 33 viſib. ♉.29.30.

♓. cap. Meduſ. 2.4. Pleiad. 5.31. Perſei D-xt. 8.44. oc. ♉.5.13.53. Auſtral. 15.39. pes Orion. 22.44. Hum. ſin. 26.50. capra 27.43.

Reductio; Adde hæc Signa, grad. min. ſuperioribus: Epochæ Diluvii S. 0. gr. 24. m. 9. Chriſti; S. 1 g. 25. m 11. in uno anno:

no; min o. ſec. 52 in duobus: min. 1. 46. in decem, min. 8. ſec. 45. in 20. 17. 33 in 80. gr. 1 min, 10. in 100. gr, 1, 27. min ſec. 30. in 1000. 14. gr. 35. min. in 3000 S, j. G. 13. m. 45. in 4000, S. 1. G. 2 M. 20.

NB. viſibiles Gemini habent; G. 11 m. 5 Cancer, G. 7. m. 55. ♌. 38. 3. ♍. 55 47. ♎ 18. 5. ♏. 33. 11. ♐. 27. 31. ♑. 24. ♒ 20. 36. ♓. 44. 35. ♈. 20. 23. ♉. 56. 41.

Catalogus pro Anno 1580.

	Longe	*Lat.*	*Magn.*	*N.*
	Septentrional:			
Algol. ſ. cap. Med.	20. 55. ♉.	23. 0.	2.	♄
Hircus ſ. capella.	16. 55. ♊.	22, 30.	1.	♂
cauda ♌.	15. 45. ♍.	11, 50.	1.	♄
	Meridional.			
Rigol. ſ. Orion pes ſ.	10. 25. ♊.	31. 30.	1.	♃
Canis Maj. Sirius.	8. 55. ♋.	39. 10.	1.	♃
ſomahand.	28, 15. ♒.	23. 0.	1.	♀

Z

Zodiacal.

Palilit. ſ. 5.	3.55. ♊. 5.10.M. 1.	♂	
Hyad.			
cor ♌.	23.45. ♌. 0.10.B. 1.	♂ ♃	
Spica ♍.	17.55 ♎. 2. 0.M. 1.	♀ ♂	

Æquatio: addenda in ſeqq. ſubtrahend. in præcedentib. Annis. ut: Ann. 1500. ſubtrah. 0.49. 1504. 0. 46. 1508. 0. 44. à Radice ſuperiore. 1580. Adde v. 0. I. 1584. 0. 3. 1586. 0. 11. 1600. 0. 46. 1660. 1. 9. 1700.

TABULÆ

1. Cardinum. 2. Progreſſionum Univerſalium, 3. Revolutionum.

1. CARDINUM:

H	MC.	OR.
0.	0 ♈	25. ♋.
1.	16.	5. ♌
2.	28.	15
3.	17.	27.
4.	2. ♊	8. ♍.

5	16.	19.
6	0. ♋	0. ♎.
7	13.	10.
8	27.	20.
9	13 ♌	3. ♏
10.	27.	12.
11.	14. ♍	24.
12.	0 ♎	5. ♐
13.	18.	17.
14.	3. ♏.	29.
15.	17.	2. ♑.
16.	3. ♐	4 ♒
17.	16.	27.
18.	29.	27. ♓
19.	13. ♑.	29. ♈.
20.	27.	25. ♉.
21.	12. ♒	15. ♊
22.	27.	29.
23.	13. ♓.	13. ♋.
24.	30.	25.

2. PROGRESSIONUM UNIVERSALIUM.

Ætatum, Partium & Fatorum Mund

Anno Mundi.		Grad.	Sign
0	0.	15.	♊

18

180.	0.	♋
540.	0.	♌
900.	0.	♍
1260.	0.	♎
1620.	0.	♏
Dilu-	vium.	
1656.	3.	♏
1980.	0.	♐
2340.	0.	♑
2700.	0.	♒
Roma	Condita.	
3031.	27.	♒
3060.	0.	♓
3420.	0.	♈
3780.	0.	♉
Chriſti	Paſſio.	
3817.	3.	♉
Æræ	Chriſti.	
356.	0.	♊
716.	0.	♋
1076.	0.	♌
1436.	0.	♍
1796.	0.	♎
2156.	0.	♏

Periodus 2176. | 2. 3.

3. REVOLUTIONUM.

Anni	H.	M.	S.
1.	5.	49.	17.
2.	11.	38.	34.
3.	17.	27.	51.
4.	23.	17.	18.
5.	5.	6.	35.
6.	10.	55.	52.
7.	16.	45.	9.
8.	22.	34.	37.
9.	4.	23.	54.
10.	10.	13.	9.
11.	16.	21.	26.
12.	21.	51.	54.
13.	3.	41.	11.
14.	9.	30.	28.
15.	15.	19.	45.
16.	21.	9.	12.
17.	2.	58.	39.
18.	8.	47.	46.
19.	14.	37.	3.
20.	20.	26.	32.

4

40.	16.	53.	0.
60.	13.	20.	0.
80.	9.	46.	0.
100.	6.	13.	0.

Æquinoctii.

	D	H	M
200.	1.	11.	35.
400.	2.	23.	10.
700.	5.	5.	2
1000.	1.	9.	54.
3000.	22.	5.	41.
6000.	44.	11.	22.

Sigilla, vel Progreſsiones Univerſales

ORbis Magnus *Maxima* procedit fata Mundi quotannis minut.5.Lapus abſolvit cor: Cicetral. in 12. Annis grad. 1. in 300. annis ſignum unum: verſatur nunc in 19.gr. ♍. Ejus Dodecatemorion eſt *Media*, abſolvens quotannis gr. 1. & in 30. annis Signum unum: hæret nunc in 16. ♈. Domus Iniquitatis Martialis. *Annua* quotannis abſolvit unum

Signum atq; inveniuntur h. m. Ab Anno 1663. ſubtrah. 1436 remanent 227. divid. cum 12. producuntur 18. cum reſiduo 11. quæ dant 18. gr. 50. min. complet in ♍. Propter *Mediam* divid. 227. cum 30. producuntur 7. Signa, remanent 17. anni current. illa 7. addita ♍, dant: ♈ 17. gr. cujus minuta etiam habentur, cum gr. & minut. Annuæ duplantur, quæ incipit, quando ☉ in 20. ♌ eſt, eruitur per diviſionem Annorum Mundi: 5446. cum 12. Anni verò Dominus per Diviſionem eorundem cum 7. ut ſit hodie ♄ cũ ☾. quæ conjuncta ſingulis 84. Annis Cyclum redintegrant.

Tranſitus

Sunt, quando progreſſiones Univerſales, vel particulares Aſtrorum tam fixorum, quàm Erraticorum, ob continuum & ordinatum recurſum, itemq; Aſpectus Ecliptici, vel non, per ſpiritum influentem tangunt aut feriunt Calidum innatum ſeu ſpiritum inſitum radicis i. e. Nativitatis, aut Conceptionis, fortiter impreſ-

ſum, præſertim Solem, Lunam, Horoſcopum, Medium Cœli, & eorum loca oppoſita ac Planetam proximum, cujus radiis ☽ appropinquat, per συμπάθειαν, ἀντιπάθειαν, aut ἀπάθειαν, quod ex Calendariis quotidie, vel in futurum quoq; ex Ephemerid. prævidere poſſumus: ubi Eclipſes quidem non ſunt metuendæ ſi bonus aëris Dominus Thema illius medice reperit, nec Mars ſæpe niſi fuerit ſtationarius, & ☾ motus correſpondens in parlili aſpectu, Naturaque ſit imbecillior.

☉ autem Locus ex Calendario ita habetur: vide 1. ingreſſum ☉ in novum Signum quo die contingat, an ante vel poſt illum aliquis ſit natus? 2. ſi hoc, ſubtrah. diem ingreſſus à Die Nativitatis: ſin illud, contrà, Diem Nativit. à die ingreſſus ſubtrah. reſiduum à 30. ſ. gradus Signi præcedentis.

Lunæ locus habetur in Columnâ propriâ cujusvis diei: hujus appulſus autem ad Planetas eorumque aſpectus, in areâ contextus, præſentis vel ſeq. diei ad quos tempore Conceptionis ſimul vel unum, ſimiliter affluebat.

Horoſcopus v, ac Medium Cœli, ex Tabu-

Tabulâ Cardinum, cujus eſt hic uſus H
ſignificat Horas, quibus oppoſiti ſigno-
rum gradus culminant vel oriuntur
MC Medium Cœli: Or. Orientem. in-
gredere igitur 2. cum loco Solis colum-
nam MC. excerptæ Horæ add. horam
Nativit. p.m. vel antemerid. ſubtrah. ab
adjunctis 24. opus quas horas quære po-
ſtea in columna H & habebis correſpon-
dent. MC. cum Horoſc. ex expreſsè, vel
per part. proport. inveniend. h. m. quo
gradus ☉ habet ſuper grad. MC. ex-
preſſ. in Tab. tot. 4. min. add. Horæ, de-
inde Gradus MC. Or. præſentes ſubtrah.
à ſeqq. & operare: 60. dant tot minu-
Horæ, qui dabit reſiduum in MC. qui
in Or. quæ addenda MC & Or.

Quia tamen Ephemerid. & Calendari
meridiem reſpiciunt Solem, ideò motu
☾ horarius, velox 37. tardus 27. medi-
cris plus 30. circiter, ☉ is autem, minu-
$2\frac{1}{2}$ meridiano curſui addi debent. Oppo-
ſitiones ſunt tot gradus, & minuta Sig-
oppoſiti. Tranſitus bonorum vel mal-
rum, inprimis conjunctiones, oppoſitio-
nes, per ſuperiora Loca Hylegialia ha-
ben

bentur in columnâ Aſpectuum ac motu Lunæ. Mutationes Morborum evidentiores (ſimiliter & aptitudines ad omnes Actiones ſanas naturales, Generationem Liberorum quoq;) obſervantur, quando ☾ tendit ad planetam eundem, cui appropinquavit in Nativit. vel in Horis Criticis: ubi criſes bonæ pleriq; accidunt in hora revolutionis Horoſcopi: male v. cùm Horoſcopus volvitur ad occaſum Nativit. Bonus igitur benè diſponit & ſanum & ægrum, ad exhibenda medicamenta, præſertim cum Luna Ei, ejusque radiis affluit: Malus, vel Eclipſis contrà: præſertim ☾ attingente. ſic ſudorifera, vel alia ſimilia, ante Horam Criticam uſurpata per horam unam circiter, facilitantur: poſtea non, modò quò natura vergit, eò ducatur, & quando perfecte officio fungitur omninò quieſcatur, ne impediatur Criſis.

Horæ Criticæ

Sunt Cardinum pro & revolutiones, ut quando Horoſcopus redeat ad locum radicis, ita inveſtigandum: duplica Menſes

ſes poſt Nativit. completos, ſine Menſe Nativit. tamen, & pro diebus 15. tam Menſis Nativit. quàm quæſiti, conjunctis ſum Hor. 1. ſic pro uno die 4. min. add. dupl Menſium, f. Horæ, quas ſubtrah ab Horis Nativit. additis 12. ſi opus, reſiduum erit Hora revolutionis Thematis Radii Quando v. Horoſcopus fit in occaſu? quære in Calendario longitud. Diei, cùm (pervenit ad gradum Signi Horoſcopan has Horas add ſuperioribus Horis revo lut. radic. ſubtract. 12. ſi opus Quand MC. in JC? Sec. adde 12. Hor. ſuperio rib horis radic. Quando MC in Or quære longitud. diei, cùm ☉ tangit ſi gnum MC. dimidium ſubtrah. à ſuperio rib. ſi addas, erit MC in occaſu.

Dies Critici:

Tranſitus diurni ſunt Planetarum pro greſſus, quibus leviores f. inferiores quotidie ponderoſos ſeu ſuperiores cor pore quaſi vel radiis & radicalibus, & ſi mul currentibus, ut uſus thematologicu in revolutione monſtrat præterire co guntur. Medici autem ☾ præcipuè obſer vant reſp. ſuperior. corpor. & aſpect. v

bem

eneficor. vel adverſantium. Inveſti-
antur ita: 1,verum ☾ locum ad initi-
m Morbi, inprimis acuti, aut cujuslibet
aſus, conſtitue ſingulis horis præter pro-
ter 30. addendo 2. confer cum radicali
nemate, Revolutione, Profectione. 3.
dde 13, 11. ſeu motum diurnum continuâ
erie, ſignis ſemper mutatis, & lateri ap-
oſitis, cum numeris ſuis, quæ certis ſuis
ntervallis, & Indicativos & Criſes mon-
trant: quod facilius fit per Ephemerid. 4.
empus certum Reg. detri oſtendit, ſi prI-
mo loco major & minor, antecedentis &
eq. diei, locus ☾ primus ponatur, ſe-
undo dies major & minor, tertio datus
eu radicalis ☾ locus, & minor: hi ab il-
is ſubtrahantur, PP. diei inferiori adda-
ur, quod etiam in reliquis intervallis ⚹
& △ præſtandum. 5. Sennertus quidem
& alii, in aſpectibus ☾ Solis acquie-
cunt, ſed nullo modo ſatisfit verificandis
criſium diebus horisque: quia ægrotan-
is diſpoſitio, ex themate Natali, etiam
cognoſcenda, Natura morborum acutiſ-
ſimorum, peracutorum, acutorum ſim-
pliciter, conferenda, Morbi ex decidentia
& degenerantes, vel tropici imperfectam
indi-

indicationem admittentes examinan
poſt 40 dies chronici & ſaturnini, ob
miam ☾ diſtantiam, excludendi, Cri
in perfectas calidis regionibus famill
riores, vel imperfectas diſtinguem
ſunt, concoctio quoq; humorum co
deranda : Interim Luna tamen (non
cluſis aliorum aſpectibus morbum
augentibus, vel oppugnantibus) ma
cauſa primaria & motrix humorum t
da vel velocior, nec ad illa refugium
mendum 6· in caſibus quidem repenti
& violentis non ſufficit, ſed in magis
turalibus etiam cum ſignificatoribus r
quis conferri debet : hinc vel impedi
vel adverſantium alteri, aut utriq; jun
morbum talem infert, prout eund
quilibet ſignificator, cum radicali them
te comparatus, & ipſa ☾ beneficis ad
ta, cõceſſerint cujus progreſſus ad ſign
cator. retrogr. maturat ad direct. prol
gare poteſt criſin : quod Judiciũ ſagac
enodabit. 7. Quare ab diem aſpectum
ſpice Ephemer. & intra quos dies
dant, utriusq; planetæ motum ad mer
tam præcedent. quam ſequẽt. diei, ex c
utrinq; maj. & min. ſubtrah. motũ di
nu

ũ ponderoſi à motu diurno levioris, vel
ubtrah. ſi uterque vel Dir. vel Retrogr.
el utrumque invicem add. ſi alter ho-
um fuerit Ret. ſemper v. ſubtrah. mo-
um ad merid. præcedent. diei, ſed cum
amen minorem, à majore motu ad me-
id. ejusd. diei, h.m. reſiduum ſeu aggre-
at, motuum diurn. num. 3. repert, dat 24.
H. quid dabit differ. motuum ad merid.
ræced, diei? ubi P.P. H M à merid. an-
ced. diei numeranda dabit, 8. obſerva-
iones & Regulas aliorum examina: ſic
omnes Morbi circa ☾ cum beneficis ra-
iationem incipientes, feliciores ſunt ſi
hema rad conſentiat; ſi a. valetud ſigni-
catores, ut Luminaria, in abjectis Cœli
ocis impedita, nullo benefico in H. hæ-
ente, infeliciores, contra Eichſtatt. p. 2. ſ.
. ph. p. 325. 326. etiã interdũ interveniẽ-
ibus, poſt initium Morbi, durioribus ☾
um ♄ & ♂ aſpectibus, ubi nota ad pag.
25, d. 5. ☾ tendit ad ☌ ♀ in ipſo initio
z □ ♃. h. 6. ferè. d. 9. (quinto morbi)
d ✱ ♀ h. 3. & □ ♃ h. 12. p. ferè d. 11. (7.
morbi) ad □ ♀ h. 11. ✱ ☉ 8. ferè
z ☍ ♃. 9. ferè ſub cujus partilit. hæ-
morrh.

morrh. fluxus ſecutus p. 328 d. 12 manè:
2. ☾ tend. ad □ ♀. h. 3. ad □ ☉ ip
merid. ad □ ♂. d. 9. ☾ ad △ ♄. h.
p m. d. 12. ſub □ ♃. h. 6. a. m. p 329.
25. erat △ ♃ ♀. d. 26. ☾ à □ ☉ ad □
(motu inverſo ei, qui erat initio morb
quem attigit h. 3. p. m. d 25. ☾ h. 3. ferè
m. ☌ ♂. h, e. ferè △ ☉. inde tendeb
ad □ ♀ parlilis eodem die erat ✱ ♀ ☿
D. 1. Nov. ☾ tend. à □ ♄. ad △ ♃.
6½ & □ ♂. h. 4. d. 5 morb. manè h. 2
ad ☌ ♀. ab ☍ ♃ (poſt vacua) cum q
primo die △. p. 330. d. 19. Sept. ☾ ter
ab ☍ ♃ h 3. △ ♄ h. 4. ad ☌ ♂.
△ ☉ ferè ſimul h. 2½ d. 28. ☾ ad ♄.
♄. ad △ ♂. h. 5. ☌. ☉. h. 20. 40. S
citas illa forte erat à ♄ ♂ imò & ☾
p. 331. ☌ ♃ ☾. ✱ ♃ ☿. ☌ ♄ ♀. ſtim
lavit naturam, criſeos a. cauſa non fuit
Signa in actu fuerunt, d. 28. Sept. ·/.
9. in Hiſtor. 6. dies quartus Julii videt
primus morbi dies, & altero Medicus
catus ☾ in ✱ ♀. □ ♃ ab hoc ad △.
tend. In criſi a. per vomitum indican
decretorius idē ſit dies, & ventriculus

terti

etiam mordicantem ſtatim ejicit: d 4. tamen fuit □ ☉ ☿. △. ♀. d. 6. ☾ ab ☍ ♂ h. 7. ad ☌ ♃ h 21. d. 7. (11. Menſis) perveniebat. p. 332. d. 2 Jun. ☾ à □ ♀ ad □ ♂. △ ♄ ☿. ✱ ♄ ♀. circa o. Jul. motus cõtrarius fuit initio p. 333. Luna vacua, à ✱ ♀. (.d. 27 h. 10. p.m.) d ☌ ♂. h. 6. p m. d. 31 Oct. ☾ à ✱. ♄ ad ☌ ☉ & ☿ ſimul. Martis tempore ♀ afflicta fuit □ ♄. Horoſcopus ferè fuit 5. ♍ quem ☉ tetigit pridie Morb. & ☾ die Mortis Nativitatem quoque ſecuta eſt Eclips ☾ d. 30. Sept. præceſſit ☉ Ecl. d. 15. in Nativit. ☾ à △ ♃ ad △ ☿. p. 334. ante merid. ☾ à △ ☿ ad □ ♃. d △ ☉ poſt. fuit & ♂ qui partil. valdè moleſta puerperis p. 335. Juxta Ephem. Origan. Initium fuit ſub partili △ ♃. ad quẽ defluxerat ☾ ſi △ ☿. Mors ſub ☍ ♂. incidit enim △ ♃ in H. 7. 28. a. m. cui hic nihil tribuendum eſſe videtur, quia balneum periculoſiſſimum fuit, ☉ percurrente Horoſcopum, & criſis mala ab ☍ ♂. cui ☾ affluxit. Imò ſi Feria ſeptima fuit, dies 29 non 28 tum ☾ magno intervallo abfuit à △ ♃. &

ſub

ſub inſultu morbi tendit ab ☍ ♂. ſu
Morte ab ☍ ♂. ☍ ☉. in feriâ 6. v.ſ.
28. ☽ à partili △ ♃ defluxit ad ☍ d
d. 15. Nov triduo poſt Novil. Eclipticc.
♐. incluſ. ☌ ♄ o ♂. p. 336. In plen
lunio præventionali Geneſin Juvenis
24. hor. ſpatio veniebat ad □ ♄. ☌ ♃.
præter Eclipſin ☽ & ☉ in ☌ ut ita nih
opus ſit ad igneam naturam ♌ refug
re præſertim cum ☌ ♃ ♂ flatica ſit:
in 17. ♂ in 10 ferè: in ipſo a. nativit.
erat ☍ ☉ ♂ ferè partilis, ad calidam
temp. ſufficiens in Hiſtor. ult. ☽ prox
mè defluxerat à □ ♃ ad ☌ ♀. quæ n
eſt excludenda, quia frig. & humida.
337. d. 16. Nov. ☽ 1. ad ✱ ♀. 2. trib
horis poſt ad ✱ ♄ properat. d. 18. v.
& ♀ parliliter etiam conjunguntur:
altero Exemplo ſufficit ☌ ♂ ☽. m
opus eſt ☉ ingreſſu in ♌.

2. Morbi à ♂ ☽ m vel conjunctio
vel aſp. lædente, incipientes, difficilio
à peſtifero a. ♂ peracuti ad quem
tranſitum vel ♀ vel ☿ vel ☽. inpri
in radice impeditorum periculoſiores
tius finiuntur. conf. p. 328. & 333. ſub

vi

vilun. ☿ combuſt. quadrat. ♀ & ☉ cum ♄ .nullis beneficis ſupervenientibus, directione mala, radic.cum tranſit, nihil commune habente. 3. ♂ conſtellationes cum ♄ nis à principio junctæ, plerumque diuturnitatem & abſceſſum ferè notant Conjunge igitur Planetas, Horas Criticas, & Humorum Naturam.

Anni Climacterici

Sunt ætatis termini, quibus Accidentia tam fortunæ, quàm valetudinis & Ingenii ad ſenſum mutari Experientia docet: Author ♄ eſt, ſicut ☾ dierum criticor. quantum n. ſpatium ☾ uno die, nim. 13. 11. & 11.27. peragit, tantum ♄ in uno anno nim. 12. 10. quando igitur ad ☌ □ ☍ radicis pervenit, huic motum annuum ſemper addendo oritur ordo ac ſeries Annorum quales ſunt: Septenarii & novenarii minores: 7 14, 21, 29. mediocres: 36. 44. 51. 59. ſ. 60. majores: 66. 73. 81. propter periodum ♄ ſemel, bis, ter abſolutam Anticipanta & poſticipant, ob ♄ vel ſtationar. vel tard. vel

veloc. quod ex Ephem. innoteſcit. Ca
culus autem abſolvitur, æqualem motum
eumque annuum, qui eſt 12°. 16. 1
dici ab initio, & poſtmodum aggregatu
ſemper addendo Signa poſt completi
nem 30. abjiciendo, & Annos tum Chri
ſti, tum ætatis, ſed 5. currentes, ad latu
ponendo, donec ad terminos juſte perv
niatur: Menſes, dies, ac Horas Reg. T
um aperit, ſi dies radicem datam inc
dentes excerpantur, primo major ſ. ſe
minor ſeu præcedens, loco collocetur, ſ
cundo dies, datus & ſeq. tertio mot
rad. & minor hic à major. ſubtrahat
P P. diei inferiori addatur. Periculoſi
ſolum ſunt in quorum Geniturīs ♄
dit, potiſſimos ſignificator. vitæ ſeu v
letud. & Honor. aut Magiſt. aut Inge
morumque.

Profectionis Particularis ſeu Thematicæ,

Annuæ Termini Menſes, dies, quib
ſignificatores apud quemcunque Pr
miſſorem ſint inquiruntur h. m. 1. ann

ætatis & Chriſti currentes XII. Signis ſubſcribe, initio à Nativitate facto, & quolibet ſignificatore. 2. diem Nativ. ſignificatori appone ad latus dextrum Areæ 3. Longitud. ſignific. ſeorſim à longit. omnium ſubſeqq. Promiſſor. ſubtrah. gr. 30. addit. ſi aliter fieri nequeat. 4. operare per Reg. Detri 1. unum ſignum ſ. 30. gr. 2. Ann. ſ. 12. Menſ. 3. different. inter Signific. & Promiſſor. cum minutis in fraction. redact. prodibit ſpatium in Menſib. ac dieb. completis, quod tempori Natalit. add. 5. ſed completo etiam, minut. omitt. horas dimidium diem exuperantes pro uno die add Profectionibus, Menſibus priùs in numeros reſolutis. 6. aggregatum in Menſ. dieb. ſpeculo ad latus dextrum cujusq; Promiſſoris inſere, correſpondent igitur Anni ætatis: 1 13. 25. 37. ut cum 2. ſecundo 14. 26. 38. 50. cum 3. 10. 15. 27. 39. 51. 63. &c. in Profectionibus Horoſc. & MC. ad Promiſſores.

Revolutiones ſolares.

Si locus ☉ in merid. eſt ſimilis loco in

radice, alia ſupputatione non eſt opus: ſin diſſimiles, elice primo motum diurni num ex die dato, & ſeq. 2. Part. pro parte per ſubtractionem Diei dati à radicis loco, hancque multiplic. per unum diem aut 24. H. aut 1440. minut. perque primum divid. 3. hoc tempus aufer à merid. Anni revolution. ſ. à 24. Hor. diei præcedent. Si locus ☉ major fuerit loco radicis: ſin minor, add. eidem ſ. diei inferiori, vel h. m. cum annis nati præteritis fluxis completis ingred Tab. Revolut. Med. ☉ ar. quære eos in lamina exteriore, & interius Hor minutaq; add. radici p.m. ſubtract. 24. ſi exceſſerint: Anni qui non expreſſi ſunt, per additionem plurium emergent: Illæ inſuper hor. Loci ☉ in Tabb. Domor. additæ, novum ſuppeditabunt Thema erigendum more conſueto, & cum radice, quo ad Cardines, cœterosq; Aſpectus, diligenter conferendum: Pars ⊕ a. extrahitur à Sole in ☾ Nativit & projicitur ab Aſcend. Revolution: à quo etiam numeranda ſunt Signa.

M

Modus Dirigendi.

Significatores, ut H. ſit pro vitâ ac valetud. MC pro Magiſter & Honoribus, ærumnis & Carceribus ☉ ☾ pro morbis & ſanit. ⊕ pro aliis externis Accident. Promiſſores ſunt: Y Planetæ reliqui, cum eorum Aſpectibus & Antiſciis terminis, ſtellis fixis, ☊. ☋. præventional. Nov. aut plenilunia, Cometæ, Conjunct. Magn. Progreſſ. Univerſal. vix ad tertiũ ſignũ nonnullis continuatur h. m. Locum Significator. à locis omnium Promiſſor. ſubtrah. quibus in ſecundo ſigno 30, in tertio 60. add. in ordinem redactis: ſinguli enim gradus faciunt ſingulos Annos, ſingula quina minut. ſingulos Menſ. ſingula minut. 6. dies. tempori Natalit. complet. addend. Alii in direction ☉ & ☾ gradus ſolum numerant, & quot illi diſtant à Promiſſor. tot Annos deputant. II per Tabb. Domor. Rational. hic eſt: ſi ſignificator oriental. vide an X^æ vel primæ vicinus? an v. in intermediis XI. XII. II. III. ſit conſtitutus,

deinde quære illum ſub Domo , quam
occupat , tamdiu deſcendendo à grad
cuſpidis, donec ad grad ſignificator. &
Promiſſorum perveniatur : X & Iam
ſuo loco. Porrò tempora ſingulorum
meridie extrah. pro ſingulis 15 . minut. i
Zodiaco ſingula minut. temporis ſumen
do, & ordinando : Tempora igitur ſi
gnificator. ſubtrah. à temporibus Pro
miſſor. & in Ann. Menſ. dies conver
pro 15. H.1. Ann. pro minut. 1. d.
pro ſec. 1. H. 2 24. pro 1°. d. 1. pro 50. d.
adde etiam tempori Natalitio complet
dies denique ultra Menſes in Menſ. redi
ratione tamen habita Annor. commu
& Emboliſmal. ſeu intercalar. Si ſigni
catores occidental. in IV. V. VI. VII VI
IX. invert. Thema , locum oppoſitu
ſignificator. quær. & proced. ut ſup.
Significator. Retrogr. ut ⊕ retro eu
dem quoq; in ſpeculo, & ſurſum ad Lo
Promiſſor aſcendend. tempora & ſigni
cator. & Promiſſor. omn. retrò
eadem Domo excerpend. hæcque ab
lis ſubtrahend. ut ſup. Latitudines tam
etiam obſervand. ſi ſignificativæ e
debeant. III. per Horaria tempora, D
urr

urna quidem, ſi ſignificator ſupra terram, etſi promiſſor. infra eandem, & nocturnæ, ſi ſignificator infra terram, licet ſuprà ſit promiſſor, quæ inveniuntur, ſi arcus ſemidiurnus vel ſeminocturnus multiplicetur per $2\frac{1}{2}$ pro ut diurna vel nocturna petimus: Deinde Promiſſoris multiplicanda ſunt per diſtantiam ſignificatoris, à medio vel imo cœli productũq; dividend per horaria tẽpora ſignificatoris, qui ſi fuerit inter MC & H. vel VII. & IV. Domum. quod conſurgit, auferend. à diſtant. Promiſſor. ſin a. fuerit inter MC & VII vel H. & IV. ab ipſo auferend. diſtant. Promiſſoris ſi in diverſis quadrantib. & domib. Diſtantia Promiſſor. & conſurgens ex Diviſione ſimul conjungend. IV. per Circulos Poſitionum (ſi locus dirigẽdus non ſit in Aſcendente, aut Meridiano ſive Angulis,) qui ſic eliciuntur: Declinatio 1. invenienda eſt, vel meridian. ex ſemicirculo ſignorum poſtremo, vel Septentrion. ex primo, & ſitus ſupra terram vel infra: ſic Tabb. Declinationum monſtrabunt & ſignum, & vel deſcendendo, vel aſcendendo, gra-

dum, cui, in areâ reſpondet, ſub latitud. aliqua vel nulla Declinatio. 2. Diſtantia videnda à M vel JC. Si locus inter 7. & 10. ſubtrah. AR Ejus à MC ARctis: Sin inter 10. & 1. ſubtrahantur AR MC. à loci ARctis: ſin inter 1. & 4. ſubtrah. Ejus AR ab ARctis Imi (ſin inter 4. & 7 hujus ab illius, ſemper addito 360. ſi fieri alias nequeat, & 180 ad AR MC. ut emergat AR JC. demptis 360 ſi ſuperat. 3. ingredienda Tab. Poſition. ſub Polo H. & ſiniſtrorſum quærenda Declinatio deſcendendo, ſi fuerit ſeptentrionalis ſupra, vel meridiana infra terram: aſcendendo in prima linea, ſi contrà: è directo invenienda diſtantia, & in fronte ſurſum Poſitio, juxta cujus Polum Aſcenſiones ac Deſcenſiones obliquæ eruendæ ſunt & ſignificatoris, & Promiſſor, ab invicem ſubtrahendæ; Nam ſi ſint in parte Cœli deſcendente, ubi dirigitur per deſcenſion. obliq. quæ ſunt æquales aſcenſionibus loci oppoſiti, ut aſcenſio obliqua gr. 27 19. ♊ oppoſiti ♐ eſt 83. 8. addit & co

(Ad pag. 177.

MC			AR.		Declinatio		Diſtantia		Poſitio		Aſc.	Obl.	Anni	ætat.
♏	1	28	209	19										
✱ ☉	2	34	210	20	12	33	1	1	2		210	48	1	29
☌ ☾.	5	50	213	32	13	33	4	13	7		215	31	5	52
□ ♃.	8	7	215	44	14	13	6	25	11		218	33	9	14
✱ ☿.	10	56	218	4	15	10	8	45	15		260	25	51	6
⊤. □ ☉.	2	34	240	18	20	39	31	0	43		261	7	51	48
△ ♃.	8	7	246	20	21	42	37	1'	46½		271	8	61	49
□ ☿.	10	56	249	21	21	9	40	2	47½		275	44	66	25
✱ ♄. ✱ ♀.	14	5	252	43	22	32	43	24	48½		280	42	71	23
☌ H.	27	13			Elev.	Pal.			51		299	19		
♃. ☍ ♂.	0	7	270	7	23	30	119	12	50		301	20	2	1
△ ☉.	2	34	272	46	23	19	116	33	49	45	303	32	4	13
✱ ☾.	5	50	276	23	23	12	112	56	49½		306	4	7	26
△ ☿.	10	56	281	54	23	3	107	25	49¼		311	28	12	9
□ ♄. ♀.	14	5	285	18	22	46	104	1	49		314	9	14	50
♒ □ ☾.	5	50	308	12	18	49	81	7	46		328	56	29	37
☌ ☊ ☍ ♃.	8	0	310	26	18	19	78	53	45	45	330	16	30	57
△ ♄. ♀.	14	5	316	34	16	40	72	45	44½		333	41	34	22
♓. △ +).	0	7	332	13	11	30	57	6	41		342	24	43	5
☌ ⊕.	0	39	332	45	11	9	56	34	41		342	43	43	24
☍ ☉.	2	34	334	34	10	26	54	45	41		343	51	44	32
♈ ☍ ♄.	14	5	12	57	5	32	16	22	21		10	46	71	27
☿ ✱ ♂.	0	7	28	1	11	30	1	18	2		27	37		

NB Cuſpidum Poſitiones deſumendæ ex Tabb. Domor. Polar.

in Sign. Meridional. f. 265. 8 Deſc. Obl. in Sign. ſeptentrional. v. ſubtrahantur. 180. ut f. Deſc. Obl. Imum. Cœli dirigitur, ut MC. ſubtrahendo nim. AR ab AR Promiſſoris cum Latitud. Linea occidentis v. cum 5. 6. 8. 9. Dom. ſubtrahendo Deſc. Obl. Ejus à D. O. Promiſſ. cum Latit. ſic Aſcendens ♊ & 11. 12. 2. 3. Domus ſubtrah. Aſc. obl. ab A. O. Exempli gratiâ: ſub El. Pol. 51.

Confer, Tab, ad pag. 177.

Vera igitur & accuratiſſima Methodus conſiſtit in utroque ſubjecto, tam Eclipticæ, quam Æquatoriæ Directionis triplicis (ex proportione Diei ad Annum, diei ad menſem, menſis ad annum.) nec non calculo Planetarum, quo ad Long. & latitud. ad debitum præciſionis punctum correcto, per Logiſticam, & trigonometriam (triang. rectilin. aut ſphæricon.) nō vulgarem vel accuratius h m.

1, Notentur Significatores & Promiſſores, Eorumq; aſpectus, antiſcia, termi-

 ni,

ni, ſtellæ fixæ, progreſſion. univerſales, juxta ordinem & ſeriem ſucceſſionis, à X Domo, per H, usq; ad D, IV.

2. Latitud. planetar. & ſtellar. fixar. Sept. vel Merid. cum gr. & min. hoc tamen diſcrimine: ☊ vel ☾ latitud. 5. gr. plus aut minus habet in ✶ dimidium, in □. quia incidit in Eclipticam nullam; in triangulo dimidiam in oppoſitione plenariam, ſed utramque hanc alterius denominationis, ita ut ſi ☌. ✶ ſeptentrionalis fuerit, hæc in △☍. ſint auſtral. & vice verſa.

3. Aſcenſiones & Deſcenſiones Rectæ omnium Significator. & Promiſſor. cum P. P. & Latitud. &, quæ ex Cœli Mediat. tab. computanda eſt, quemadmodum etiam ſtellarum fixar. latit. ad 9. gr. ex Tab. Cœli mediat. generali habetur.

4. Declinationes ſimiliter, juxta Latitud. IX. Tab. Declin. generali, cum auxilio Tab fœcund.

5 Diſtantia omnium Significator. & Promiſſor. à 10. D. quando hujus AR ſubtrahitur à correcta AR illor. in Medietate Aſcendente ſupra terram exiſtentium infra Terram v. horum AR ſubtrahitur

tur ab AR JC. aſſumpto integro circulo, ſi opus. Sic in Medietate Deſcendenti infra terram, AR JC. ſubtrahitur à Deſcenſionib. Rectis Signif. & Promiſſ. ſupra terram v. ſubtrahuntur horum Deſc. Rect. ab AR X.

6. Cum diſtantiâ à 10 & 4. D. ut & Declin. S. aut M. ſupra, vel infra Terr. ingredienda eſt Tab. poſition. loci dati, & eximendus circulus poſitionis, juxta omnes circumſtantias correct. ſi nulla adſit latitudo: cum latit. v. etiam requiritur Differentia Aſc. quæ per Declin. & circul. poſit. ex Tab. eruitur, ſecundum P.P quæ Differ. Aſc. in med. Aſc. in ſign. ſeptentr. ab AR ſubtrahitur, in Auſtral. v. additur: ut ita emergat cujusq; ſignific. & Promiſſor. Aſc. obl. correct. e. g. n. in medietat. Deſc. in Sign. Sept. Diff. Aſc. additur in Auſtral. ſubtrahitur.

7. Pro Descenſ. obliq. uſurpari poteſt ſolummodo A. O. corr. in med. Aſc. modò ex Trig ✱. ex 6. ☍ fiat, Vice versâ: latitud. rationum mutat. conf. Regiomontan. problem. 15 den 19. de 20. de 7. de 10. item Naibod. Comment. 3. Apotelesim. Ptolom. c. 11.

⊕ Verus Locus Ptolemaic. L. 3. Quatrip. c. 12.

In Genituris diurnis vera diſtantia ☉ ab H. addatur ARectę ☾. in nocturnis ſubtrahatur, qui numerus inde conſurget, eſt locus, & AR ⊕. E. g Aſc. Obl. ☉ in 14. 49. ♈. eſt ſub El. Pol. 45. 10. gr. 7. m. 45. quæ ſubtracta ab Aſc. Obl. Hor, 250. 37. (in 23. 18 ♏.) relinquit diſtantiam ☉. ab H. gr. 152. m. 52. addita ad Aſc. R. ☾ in 11. 58. ♒. (315. 40) dabit Aſc. R. ⊕ gr. 198. m. 32. in 20 4. ♎.

Arcum Directionis adæquare:

Ad Aſc. R. ☉ natal. adde Arcum directionis, ſummam inquire in Tab. AR. ſub Eclipticâ, hujusque gradum & minuta longit. correſpondentia excerpe deinde Ephemerid. juſtiſſ. numera, quot dieb. natural. ☉ à die & horâ Nativit. perveneris ad illum gradum & minut. tunc quot dies, tot annos monſtrabunt, quot inſuper binæ horæ, tot menſes, Aſtra n. quæ contingunt motu ſingulor. dier. poſt Geneſin, ad Luminaria & ad cardines, influunt vehementiſſimè, nim. 1. ſingulis dieb. ad ſingulos Annos, unde Ptol.

L. 4.

l.4. c.ult. loca Annua nominantur, ſic quibus dieb. Luna in □ ☍. ☌ ad natalis locum ponitur, tunc efficit Annos infelices, vel fortunatos, qui à dieb. dependent, primus à primo, ſecundus à ſecundo die rc. (Directio accedat infauſta Prorogatoris vitæ, & ☾ ſimul à maleficis inficiatur, cum ☉ etiam aſſentientibus Revolution. Ingreſſib. & tranſitib. tunc proculdubio necat, reſpiciunt autem Revolut. Ingreſſus loca motuum mobilium: tranſitus v. loca fixa Natalis.

In motibus quotidianis

Maximè omnium obſervandæ ſunt Lunationes (☌. ☍. □ cum ☉) quia Dignitates ut plurimum contingunt in lunationibus ubi luminaria à beneficis ſtipantur: infelicitates, quando luminaria à maleficis obſidentur, & lunationes propter hoſtiles ibidem radios maleficor. infauſtæ ſunt, ubi prima poſt Natalem Lunatio primum Annum, ſecunda ſecundum &c. metitur, imò partes quoq; priores Anni partes priores mediæ medias,

 dias,

dias,ultimæ ultimas. Quæ h. m. ſuppu-
tantur.

Numera tot Lunationes poſt natalem,
quot Anni ætatis præterfluxerunt,ſemper
☾m in eâ diſtantiâ à ☉ ponendo, quam
habuit tempore Nativit. tandem pro quo-
libet menſe Lunæ loco addendi ſunt gr.
32.m.30. qui ſunt pars duodecima unius
Lunationis,vel ad multos Annos h.m.

Quia ☾ per annum non complet. 12.
Lunationes, ſed dieb. 11. minus, ideò di-
ſtantiā Lunæ à Sole Natali inquiras dieb.
11. ante finem primi Añi poſt Nativitatē,
& ibi habebis 12. annos ſimiliter ante fi-
nem ſecundi Anni,dieb.22.erunt 24. An-
ni &c. inde progredere à ſingulis Luna-
tionibus ad ſingulos Annos Nati & à ſin-
gulis Signis,cum gr. 2. m. 30, motus Lu-
næ, ad ſingulos menſes.

E g in themate Caroli V. Arcus Dire-
ctionis relinquitur 52. 58. add. AR ☉
345. 44. aggregantur 38. 42. quibus re-
ſpondent. 11.10 ♉. quorſum ☉ perve-
nit poſt Nativitat, in dieb. 58. qui tot an-
nos vitæ monſtrant. Anno æt. 41. graviſſ.
rerum jacturam perpeſſus,ob arc. Direct.
36. 43. qui æquatus indicat.41, Anno 19.
in

in Imperator. Electus, ob arc. Dir. 17.31. qui æquatus dat. 19.

Dieb. & Horis Nativit. add. D. 58. pro tot Annis, & hor. 14. pro 7. Menſ. tunc pervenies ad D. 22. April. h. 5.39. p.m. à D. 23. febr. 15 39. p m. 1520. ubi ☾ in 4. ♓ cum lat. M. 5. ☉ in 12. ♉. ♄. 24. 11. ♉. lat. m. 1.46. ♃. 20.28 ♓. l. m. 1. 2. ♂. 29.19. ♊. l. ſ. 0.38. ♀. 8.4. ♊. m 0.22. ☿. 5.45. ♉. l. m. 1.23 ☋ 9.8. ♊.

Die Mortis loca planetarum hæc erant: ☉. 7.31. ♎. ☾. 29. 39. ♑. 4.55. m. ♄. 24.31. ♉. m. 2.34. ♃. 2.4 ♒. m. 0. 51. ♂ 4.28. ♍ ſ. 0.24 ♀. 29.25. ♌. 0, l. ☿. 17.23. ♎ ſ. 0.42. ☋. 19. 20. ♈.

Ad Ann 48. ſunt Lunationes. 48. poſt Ann. 4 à Natali, minus tamen dieb quater 11. ſ. 44. à die igitur 23 Febr. 1504. ablatis 44 venitur ad d. 10. Jan. ubi ☾. gr. 22. ♏. eſt in diſtantia à ☉. gr. 68. ut in Natali pro aliis 10. Annis, trajic. alias 10. Lunation. & venitur ad diem 31. Octob. 1504. ubi ☾ in 10 ♍. ☉ in 18. ♏. pro 6. inſuper Menſib. & dieb. 27. add. ſign. 6 gr. XV. item gr. 29. m. 30. & venitur ad ♈. gr. 24. m. 30. in quo ☾ die

18.

18. Novemb. ubi ☉ 6. 3. ♐. ♄. 3. 26. ♏ ſ. 0. 11. ♃. 16. 15. ♌. ſ. 0. 40. ♂. 14. 15. ♊ m. 0. 2. ♀. 13. 40. ♐ ſ. 0. 9 ☿. 22. 44. ♊ m. 0. 40. ☊. 10. 39. ♓. Naſcitur a. 1500 D. 23. Febr. h. 15. 39. L. 52. Moritur d. 21 Sept. 1558.

Judicii Aſtrologici Requiſita.

Multæ conſiderationes ſe offerunt Aſtrologo, qui rectum judicium alicujus nativitatis conſtituere intendit. Prius venit conſideranda hora, atque nativitas: deinde locus nativitatis, parentes nati, atque etiam nonnulla alia, à quibus magna pars judicii elicitur. Deinde ſciendum eſt, quòd res quæ judicandæ ſunt, vel ſunt propriæ hominis, vel minimè; & quæ accidentariæ ſunt, vel præcedunt nativitatem vel eam ſequuntur: propriæ vero ſemper ſequuntur nativitatem. Accidentariæ & præcedentes res, ſunt judicia parentum nati, fratrum, & cætera Sequentes ſunt divitiæ, ſervi, dignitates, & reliqua. Propriæ vero ſunt complexio corporis

poris, animi qualitas, ægritudo corporis, ac animi paſſiones. Hæc omnia diligenti inquiſitione ab Aſtrologo judicanda veniunt ſeriatim , ita quòd una ab altera pendere videatur , ut à quantitate vitæ pendet corporis complexio , ideo prius de quantitate vitæ verba facienda ſunt: animi qualitas à corporis qualitate pendet, qualitatem animi non intelligo rationalem,ſed intelligo ſenſitivam,quoniam rationalis anima , non ſubjicitur cœlo. Sic poſtmodum judicandæ ſunt ægritudines,divitiæ,dignitates,& reliquæ : ut ſeriatim conſpicere potes in præſentibus introductionibus.

Natus annutriendas.

Si in angulo figuræ aliquod luminarium reperiatur, cum aliqua infortuna conjunctum , ſecundum longitudinem ac latitudinem, vel iisdem conditionibus oppoſitum , & diſpoſitor locorum tam luminaris,quàm infortunæ, ſit etiam infortunatus, tunc natus ſtatim poſt nativitatem morietur. Sed ſi Sol vel Luna conjuncta

juncta fuerit aliqua infortuna, non ſe-
cundum longitudinem, & latitudinem
ſed ſecundum longitudinem tantum; &
diſpoſitor ſive dominus locorum eorum
non ſit infortunatus, tunc natus vivet, ſed
non pervenerit ad ſenectutem. Vita poſt
modum & longa, & brevis erit hujus, ſe-
cundum majorem, vel minorem infor-
tunationem luminaris, & ſecundum a-
ſpectum aliquem fortunatum, ad lo-
cum luminaris. Si verò minimè in
nativitate hæc reperiantur, tunc natus
vivet, & pervenire poterit ad ſenectutem
quantitas vitæ cujus ſic invenienda eſt.
Ex poſitu Corporum Cœleſtium, Doctri-
na hauritur in Ptolomæo. Alii ſemper
ferè gradum Horoſcopi dirigunt, jux-
ta ſignorum & graduum ordinem, & lo-
ca interficientia h. e ad planetas mali-
gnos, vel eorum hoſtiles radios, imò cu-
jusvis alterius planetæ, non ſolum ma-
ligni radius inimicus interficit ſi occur-
ſus directionis contingat in Termino
phavolæ, qui in radice habet ſignificatio-
nē Mortis: nim. 1. qui VIII. Domum poſſi-
det, aut Eidem imperat. 2. qui Guberna-
tori VIIIæ. jungitur. 3. Locum plane-

po-

poſſidentis, vel dominantis diſponit. Ex quibus primus validior. Loca interfi-cientia quoque ſunt: Termini Maleficor. vel in VIII. verſantium, aut dominantium. Quorum Annor. Ille periculoſior, qui à Promiſſore pendet, habente in Revolution. cognationem cum Domo Mortis, aut Domino ejus. Quando directio Horoſcopi, tempore Infantis Nati, eſt in Termino Malefici, aut Domini Mortis (ſed debilis) aut ſub aſpectu maligno, habentis vim interficiendi, & cognationem cum Domo Mortis, denegat nutritionem.

De vitæ Termino.

Duæ ſunt viæ longitudinis ac brevitatis vitæ cognitionis, quarum altera eſt Ptolemæi, reliqua Arabum, & communis. Ptolemæus inquirit prius vitæ ſignificatorem ſic. Si nativitas fuerit diurna, & Sol vel Luna conſtituta fuerit in Aſcendente, Decima, Undecima, Nona, & Septima, ipſa erit vitæ ſignificatrix, ſin minus contra. Pari modo ſi Nativitas fuerit nocturna, & Luna conſtituta ſit in aliqua

ſupra-

pradictarum domorum, ipſa eligen[da]
eſt pro ſignificatrice vitæ. Si neque Lu-
na, neque Sol fuerint in aliqua harum
domorum, tunc ſi Nativitas fuerit diurna
capiendus eſt Planeta, qui repertus fuerit
in aliqua dictarum domorum, ac plures
habuerit dignitates quinq; eſſentialium
in Aſcendente, in loco Solis, atque in con-
junctione præcedente. Si nativitas fuerit
nocturna, capiendus Planeta eſt, qui plu-
res habuerit dignitates in loco Lunæ, Par-
tis Fortunæ, ac in oppoſitione præceden-
ti: qui etiam neceſſe eſt ut repertus ſit in
aliqua ſupradictarum domorum. Si ne-
que hoc modo inventus fuerit ſignifica-
tor, tunc capiendus eſt gra. aſcend. ſi diur-
na fuerit nativitas; quem etiam aſſumito
pari modo, ſi nativitas fuerit nocturna, & ſi
præceſſit conjunctio. Si præceſſit oppoſi-
tio, partem aſſumito fortunæ; dummo-
do in aliqua ſupradictarum domorum re-
perta fuerit. His peractis conſideratio-
nibus, ſi nullus inventus eſt ſignificator
vitæ, tunc capiendus eſt ultimo loco A-
ſcendens, & ipſe erit vitæ ſignificator: qui
quidem dirigendus eſt ad promiſſorum

loca

oca,& habebuntur anni quantitatis vitæ. ed Arabes primum conſiderabant an ativitas erat diurna, vel nocturna. de- nde ſic.

In Diurna Nativitate.

Conſidera primum ☉, qui ſi fuerit	In	1,10, vel 11. in quocunque ſigno, poteſt eſſe Hylech.
		7, vel 9, in ſigno Maſculino, erit Hylech.
Deinde ☽, quæ ſi fuerit.		1,2, vel 3, in quocunque ſigno, erit Hylech.
		4,5. vel 10, in Fœminino ſigno, erit Hylech.

In Nocturna Nativitate.

Conſidera primum ☽, quæ ſi fuerit	In	1,10,11, vel 7. in quolibet ſigno, erit Hylech.
		2,3,4,5,9, in ſigno fœminino, erit Hylech.
Deinde ☉ qui ſi fuerit.		7,4, aut 5. in quolibet ſigno, erit Hylech.
		1, vel 2, in ſigno Maſculino, erit Hylech.

Mo.

Moderatores rerum, ſunt. ♈. ☉. (☾
Horoſc. loci, culmen, H. ☾. Loca Aph
lica in Mundo, in quibus accipiuntur v
tæ moderator. ſt. V Dom. 1. I XI. X. IX
VII. in quibus de die. ☉ te ☾. tandem
Aſc. de Nocte, ☾. den ⊕. eligitur: D
mum Gubernatorem utriſq; Lumini
anteferimus, quanto honorificentiore
locum occupat, & ad utrasque conditi
nes jus habet.

Si poſt has conſiderationes, neque S
neque Luna fuerit Hylech, tunc conſpic
endus eſt gra. Conjunctionis, vel Opp
ſitionis præcedentis: & ille ſi fuerit in a
gulo, vel ſuccedenti, erit Hylech: qui qu
dem ſi minimè repertus fuerit in loc
idoneo, tunc ultimo ſumendus eſt Aſce
dens. Luna ſi fuerit combuſta, non er
Hylech. Anni extrahuntur, vel per dir
ctiones, vel per Alchocoden. Eſt Alcho
coden dator annorum. De directionib
alibi docetur extrahere annos vitæ. Pr
alchocoden ſic agito. Sumas Planeta
aſpicientem bono aſpectu Hylech, & i
cujus loco aliquam habeat dignitatem
hic Planeta ſi fuerit fortis, ſignificabit an

no

nos ſuos majores; ſi minus fortis, annos medios; ſi debilis annos minores. Advertendum eſt, ne Alchocoden ſit combuſtus, quoniam tunc loco annorum dabit dies. Alchocoden infortunabitur ab infortunis, & à fortunis fortunabitur. Hujus fortitudines, & debilitates, quomodo inveniendæ ſint, alibi diximus; diximus etiam quando ſermonem fecimus de Planetis, annos majores, medios, atque minores illorum.

De Corporis qualitate.

Complexio ſive corporis qualitas, judicanda eſt ab Aſcendente, ab ejus domino, à Sole, à Luna, ac eorum diſpoſitoribus, à quarta anni, ac à ſtellis fixis quæ in aſcendente reperiuntur. Si igitur omnes hæ conſtellationes, vel major pars, denotaverint calidam qualitatem, talis erit corporis qualitas, ſi frigidam frigida, ſi humidam humida, & ſic de ſingulis. Conſiderabis etiam locum nativitatis, ac etiam parentes nati: quibus conſiderationibus factis, habebis non ſolum corporis

poris

poris qualitatem , verum etiam fig
ram.

De Corporis ægritudinibus.

Corporis ægritudines cognoſcuntur Sexta, Septima, Prima, Sole, Luna, ab eorum diſpoſitoribus, ab infortunis, ab eorum aſpectu. Si igitur omnes, domus, & Planetæ, vel major pars, fueri infortunati, ac debiles, natus multas p tietur ægritudines, & ſecundum malign tatem debilitantium, diuturnitatem, brevitatem morbi judicabis. Saturnus gritudines cauſat melancholicas. Ma Bilioſas. Saturnus, & Luna dant ægri dines Phlegmaticas ac melancholicas, ſic de ſingulis: quæ omnia judicio à pr cedentibus regulis elicienda ſunt.

De Animi moribus.

Animi mores cognoſcuntur, & judica tur à loco Mercurii , & Lunæ ab ſcendente, & ab eorum diſpoſitoribu qui quidem ſi optimi fuerint , & fort

ta

les denotant animi mores. Mercurius domo Saturni, Philoſophicum dat in- enium, in domo Jovis Theologicum, & c de ſingulis. Quando Luna, & Mercu- us nulla ratione adjuncti fuerint, natus it mente captus. Si animi diſpoſitores uerint fortunæ, configuratæ inter ſe, ani- num conformant optimum; ſi infortu- æ, & infortunatæ, animum decernunt nalum, ac malis conditionibus imbu- um. Si igitur rectè conſideraveris o- nnia, exactè etiam animi qualitates ju- icaveris.

De divitiis

Conſpicienda eſt pro divitiis cogno- ſcendis pars fortunæ, atque diſpoſitor ejus, quæ quidem ſi optimè ſita fuerit, in aliqua fortunarum dignitatum, & do- morum, cum aſpectu fortunarum, divi- tiis natus non egebit: conſideranda eſt etiam ſecunda domus, diſpoſitor ejus, ac Juppiter. Pariter conſideranda ſunt lu- minaria, quæ ſi trigona, vel exagona ra- diatione conſpiciunt partem fortunæ, di-

vitias maximas decernunt. Si Jupiter conſtitutus fuerit in ſecunda, multas natus poſſidebit divitias. His igitur factis conſiderationibus, habebis vincentem divitiarum, ſecundum cujus diſpoſitionem, futuras divitias nati judicabis.

De Honoribus

Decernuntur honores à luminarium locis, & præcipue à loco Solis; quæ quidem luminaria, ſi conſtituta fuerint in angulis, in maſculinis ſignis, vel ſi ſaltem Sol in angulo conſtitutus ſit, maximos decernunt honores: adde ſi fuerint cum aſpectu fortunarum, vel in earum dignitatibus. Conſiderabis etiam pro honoribus quatuor figuræ angulos, in quibus ſi repertæ fuerint ſtellæ fixæ, primæ vel ſecundæ magnitudinis, maximos etiam indicant honores. Conſiderabis etiam fortunas, & Solis atque Lunæ diſpoſitores, nec non & decimam atque ejus diſpoſitorem; & ſi omnes fuerint fortes & fortunati, vel major pars, denotabunt honores atque dignitates, non ſine divi-

tiis

is. Sin fuerint debiles, & infortunati, contra.

De Conjugio.

Cognoſcitur an nato habenda ſit uxor, à Luna atque Veneris loco, quoniam ſi in domibus Saturni, vel Martis conſtitutæ ſint, vel in ſignis ſterilitatem denotantibus, cum malo infortunarum aſpectu, denotant natum nunquam uxorem habere: conſideranda eſt etiam ſeptima, & ejus diſpoſitor. Hæc ſi minimè infortunata fuerint, uxorem indicare poſſunt. Cum igitur cognoveris conſtellationes non negare uxorem, conſpicas Lunam, quæ ſi fuerit in domibus orientalibus, ac in quadrantibus orientalibus, natum ducere uxorem indicat in juventute, vel in ſenectute copulari cum puella. Si verò Luna fuerit in domibus occidentalibus, ac in quadrantibus occidentalibus, decernit natum copulari cum vetula, in ſua juventute. Domus orientales ſunt ſecundum hunc modum 10, 11. 12. 6. 5. & 4. Occidentales ſunt 8, 9. 3. 2. Quadrantes Orienta-

entales à Sole ſunt à conjunctione,ad p[ri]-
mam quadraturam,& ab oppoſitione [a]d
quadraturam ſequentem. Reliqui ſ[unt]
occidentales. Quo ad qualitatem ux[o]-
ris, conſpicienda eſt Luna, atque Ven[us]
necnon & ejus diſpoſitores: qui quid[em]
ſi omnes fuerint fortes,fortunati , ac[in]
bona configuratione , talem decern[unt]
uxoris; qualitatem ſi mali, malam in[di]-
cant qualitatem. Pro mulierum co[nju]-
giis quemadmodum aſſumpſimus in [na]-
tivitate virorum Lunam , Veneremq[ue]
in nativitate mulierum ſumendus eſt S[ol]
atque Mars; & quemadmodum judi[ci]-
um fecimus de Luna erga Solem , ita [fa]-
ciemus de Sole erga Lunam,& ſecund[um]
diſpoſitionem ejus, judicabimus quali[ta]-
tem viri.Si inter Solem & Lunam fue[rit]
aliqua convenientia, in bono aſpectu, v[ir]
atque mulier ſe mutuo amabunt, ſin m[i]-
nus contra. Sic etiam judicabis de Ven[e]-
re, atque Marte , ac etiam de omnib[us]
ſimul,

De Liberis.

Pro liberis judicandis , conſideranda [e]ſt

10. 11. atque his oppoſitæ domus, & ab earum diſpoſitoribus, à Venere etiam, Jove, atque Luna ut à datoribus filiorum judicium elicies. Si igitur aliqua harum ſtellarum, in aliqua ſupradictarum domorum conſtituta fuerit, indicat filios: at ſi ibi Saturnus, Sol, atque Mars fuerit, filios negat. Conſiderabis etiam pro filiis diſpoſitores ſupradictarum domorum, ac etiam Planetarum, & ab omnibus elicies judicium filiorum; quorum numerus eliciendus eſt ab aſpectibus planetarum aſpicientium liberorum locos.

De Mortis genere.

Cognoſcitur qualitas mortis ab angulis, à loco Solis atque Lunæ, & ab octava: hæc omnia ſi bona fuerint, atque à Jove, & Venere diſpoſita, optimam denotant mortem; ſi à Marte, & Saturno affecta malam. Etiam infortunæ, ſi fuerint in angulis conſtitutæ, atque malo aſpectu aſpicientes luminarie temporis, mors erit mala. Inſpicienda eſt etiam directio, quoniam ſi Hylech ambulaverit ad in-

infortunam, & fuerit infortuna, ſine [f]
tunarum aſpectu, indicat etiam mort[em]
violentam ſecundum naturam infor[tu]
næ. Hæc omnia quæ diximus judii[s]
veniunt conſideranda, & non tem[ere]
proferenda, quoniam ſunt maximi m[o]
menti.

De Itineribus.

Prius conſiderandum eſt an natus i[ter]
faciat, deinde quod, & quo verſus. [A]
ſpice igitur luminaria, Nonam, & e[jus]
diſpoſitores, Mercurium atque fortu[næ]
partem, nec non & Martem. Si igi[tur]
Luna fuerit in nona, vel in ſeptima, ſi[c]
pars fortunæ, cum convenientia Mer[cu]
rii, & Martis, ac domini nonæ, deno[tat]
natum multa facturum itinera. Si eti[am]
luminaria fuerint ab angulis remota, [na]
tus multa conficiet itinera. Conſid[era]
poſtmodum ſi hæc loca fuerint ab inf[or]
tunis libera, & à fortunarum aſpectib[us]
fortificata, & tunc judicabis itinera t[ua]
eſſe, cum proficuo, ac etiam honorib[us]
nati. Si verò ab infortunis fuerit inf[or]
tunata, natus in itineribus infortuna[tus]

ert

erit, & ſecundum infortunium ſtellarum, judicabis infortunia. Pro partibus mundi itinerum, conſidera Planetas itinera ſignificantes, quam partem figuræ occupaverint, & ſecundum illorum ſitum, itinera judicabis. Pari modo aſpicias hanc tabellam, & regio vel civitas quæ loco fortunæ nativitatis ſubjecta eſt, erit ea quæ quæritur, in qua natus optimam habebit fortunam.

Regiones, ac Civitates Signis Cœleſtibus ſubjectæ.

♈	♉	♊
Anglia.	Polonia major.	Norimberga.
Cracovia.	Helvetia.	Wittenberga.
Patavia.	Bononia.	Erfordia.
Neapolis.	Senæ.	Taurinum.
Bergomum.	Piſtorium.	Vercellæ.
Florentia.	Verona.	Tridentum.
	Salernum.	Regium.
	Ancona.	Ceſena.
	Phanum.	Viterbium.
	Xenogalia.	
	Tarviſium.	

♋	♌	♍
Norwegia.	Praga.	Toletum.
Holandia.	Ulma.	Pariſius.
Selandia.	Croton.	Parentia.
Bizantium.	Mantua.	Papia.
Venetiæ.	Cremona.	Novaria.
Vicentia.	Ravenna.	Comum.
Mediolanum.	Peruſiæ pars.	Aretium.
Luca.	Roma.	Ferraria.
Piſa.	Siracuſa.	Cumæ.
		Tarentum.
		Beneventũ
		Aſculum.

♎	♏	♐
Auſtria.	Scotia.	Buda.
Aſclavia.	Valentia.	Hieruſalem
Vienna	Aquilea.	Avinio.
Auſtriæ.	Urbs vetus	Aſti.
Salisburgũ.	Camerinũ.	Firmum.
Auguſta.	Ariminum.	
Landum.	Ceruia.	
Placentia.	Genua.	* ♎
Parma.	Brixia.	Trajectum
Piſaurum.	Crema.	Italiæ pars
Cajeta.	Padua.	Roma antiqua.
Sueſſa. ♎*	Ferraria vetus.	

♑	♒	♓
Ingolſtadium.	Urbinum.	Alexandria.
Forumlivii.	Conſtantia.	Ratisbona.
Ferrariæ pars.	Ingolſtadium.	Colo. Agrip.
Mutina.	Tridentum.	Venetiæ pars.
Cortona.	Piſaurum.	Parentium.
Tortona.		Compoſtellum.
Pratum.		Sibilia.
		Roma.

Pars Fortunæ quomodo elicienda.

Numera ſigna atque gradus diſtantiæ Solis ab ariete : pari modo numera ſigna, & gradus diſtantiæ Lunæ ab ariete ; deinde ſigna & gradus Solis ſubtrahe ſemper à ſignis & gradibus Lunæ, additis 12. ſignis ſi ſub tractio fieri nequit, & reſiduo adde gradus aſcendentis, & totum projice ab aſcendente : & ubi numerus terminabitur, ibi locanda eſt pars fortunæ. Ut ſit elicienda pars fortunæ propo-

ſitæ atque exemplificatæ nativitatis. Sol ibidem conſtitutus eſt in 7. grad atque 58. min. ♓ à principio arietis ad hunc locum, ſunt 11. ſig. 7. grad. atque 58 min. Luna eſt in 20. gr. atque 59. min. ♍ ab ariete ad hunc locum ſunt 5. ſign. 20 gr. ac 59. min. à quibus ſignis ſubtractis ſignis, & gradibus Solis, additis prius 12 ſignis, relinquentur 7. ſign. 13 gr. atque 1 min. quibus additis duobus gradibus aſcendentis quoniam in aſcendente ſunt 2. gr. Tauri, fiunt 7. ſigna. 15. grad. atque 1. minu. quæ quidem ſigna gr. atq; minuta à ſigno Tauri numerata, quod quidem eſt aſcendentis ſignum, terminatur numerus in 15. gr. atque 1. min. Sagittarii locus ſcilicet partis fortunæ ſecundum Ptolomæi regulam.

Quid ante judicium revolutioni præparandum ſit.

Antequam ad judicium revolutionis accedas, conſtituas figuram revolutionis: deinde invenias Directionem univerſalem, ſi aliqua directio occurrerit in

in illo anno : poſtmodum invenias etiam directionem particularem aſcendentis, hæc ab Arabibus Algebutar vocatur. Deinde conſidera poſtmodum, Dominum anni, ſive ſignum progreſſionis, cujus Dominus erit anni Rex. Pari modo ſpectandi ſunt Chronocratores anni ; ac domini Alfridariæ,nec non & univerſalis Planeta ætatem gubernans.Si hæc omnia optimè fuerint collocata, annus nati etiam optimus erit. Si omnia mala fuerint, natus malè ſe habebit in anno tali : Secundum igitur locationem eorum judicabis annum.

De particulari aſcendentis directione.

Quomodo revolutio conficienda ſit docuimus : ac quomodo directio univerſalis inveniatur, alibi docetur : nunc modum apponam inveniendi per Tabulas domorum horoſcopi particularem directionem. Numera annos à radice ad annum revolutionis : deinde hos annos multiplica per quatuor, & erunt multi-

plicati min. horarum : deinde habeas horas correſpondentes , per tabulas domorum aſcendenti nativitatis, & illis adde minuta ſupra inventa. His horis atq; minutis, invenias iterum gradum aſcendentem, horas in columnulam horarum collocando, & gradus veniens erit aſcendentis directio. Reperias etiam Planetam dominantem terminum hujusmodi gradus , & ille erit dominus directionis, qui quidem Diviſor ab Arabibus vocatur. Ut ſit verbi gratia inveniendus gradus directionis anni 1571. exemplificatæ nativitatis ; quæ erecta fuit cum horis immiſſis in Tabulam domorum 19. atq; min. 8. ab anno 1565. nativitatis ſcilicet , ad annum 1571. ſunt anni 6. qui quidem per 4 ducti, dant 24. min. quibus min, additis horis 19. min. 8. aggregantur horæ 19 min. 32. quibus horis iterum intro Tabulam domorum æquales in columnulam horarum inquirendo, ut ſit in figuræ erectione : reperiuntur horæ 19. min. 31. quæ dant 11. gr. Tauri in aſcendente : hic erit gr. diviſionis dominus cujus termini, eſt Mercurius, & his erit di-

vi-

viſor. Mercurius igitur ſi fortis ac fortunatus in figura revolutionis extiterit, talis ab eo nati vita in anno dato conſtituetur; ſi debilis & infortunatus, contra.

Profectionis ſignum ac anni dominus quomodo inveniendus ſit.

Unumquodque ſignum unum quemq; annum diſponit, regit, atque gubernat ſimul cum Planetâ domino illius; qui ſiquidem Planeta anni propoſiti dominus nuncupatur. Cum igitur inveniendum ſit ſignum profectionis, numerentur anni à nativitate ad radicem, tot etiam numerentur ſigna ab aſcendente radicis, ſecundum ſeriem ſignorum, & ubi numeratio terminabitur, illud erit progreſſionis ſignum, & illius dominus, erit anni dati dominus. Ut verbi gratia ſit inveniendum ſignum profectionis aſcendentis anni 1571. Ab anno nativitatis usque ad dictum annum ſunt elapſi ſex anni completi: numerentur igitur à Tauro incluſive ſex ſigna, termi-

nabitur numerus in Libra, cui ſuccedit Scorpio, quod quidem erit ſignum profectionis; cujus dominus eſt Mars, anni. ſ. dati diſpoſitor. Profectiones aſcendentis inquiruntur ad corporis atq; animi noſcendam diſpoſitionem. Conſtituuntur etiam profectiones Solis pro diſpoſitionibus dignitatum, Lunæ pro uxore, Partis fortunæ pro divitiis, medii cœli pro honoribus atque amicitiis & reliquis rebus. exempla omnium conſpicienda ſunt in tabella hac. Hic advertendum eſt, quod ſi in aſcendente reperiuntur duo Tauri gr. ſecundus Scorpionis gr. erit progreſſionis quæſitæ. Ita intelligendum eſt de Sole, Luna, cœli medio, ac parte fortunæ.

Confer. Tabul. pag. 206.

Dominus Alfridariæ quomodo inveniendus ſit

Si nativitas fuerit diurna, ingredere tabulam Alfridariæ Solis; ſi fuerit nocturna Lunæ, cum anno dato elapſo. ſ.

radi-

radice, ad revolutionem, & è directo ſiniſtrorſum, invenies diſpoſitores anni, ut ingrediendo tabulam Solis cum 6. annis completis, qui quidem pro ſex ſumi poſſunt annis, inveniuntur anni 5. diesque; 260. & Planetæ ſunt ☉ & ☽, his ſuccedentes ſunt ☉ & ♄. domini ſeu Alfridariæ anni dati; & ſic de ſingulis intelligendum eſt.

Tabula Alfridariæ Solis pro diurnis Nativitatibus.

Pla.	Anni	Dies
☉	1	156
☉ ♀	2	313
☉ ☿	4	104
☉ ☽	5	260
☉ ♄	7	52
☉ ♃	8	208
☉ ♂	10	0
♀	11	52
♀ ☿	12	104
♀ ☽	13	156
♀ ♄	14	208
♀ ♃	15	260

Pla.

Pla.	Anni	Dies
♀ ♂	16	313
♀ ☉	18	0
☿	19	313
☿ ☾	21	260
☿ ♄	23	208
☿ ♃	25	156
☿ ♂	27	104
☿ ☉	29	52
☿ ♀	31	0
☽	32	104
☽ ♄	33	208
☽ ♃	34	313
☽ ♂	36	52
☽ ☉	37	156
☽ ♀	38	260
☽ ☿	40	0
♄	41	208
♄ ♃	43	52
♄ ♂	44	260
♄ ☉	46	104
♄ ♀	47	313

Pla.

Pla.	Anni	Dies
♄ ☿	49	156
♄ ☽	51	0
♃	52	260
♃ ♂	54	156
♃ ☉	56	52
♃ ♀	57	313
♃ ☿	59	208
♃ ☽	61	104
♃ ♄	63	0
♂	64	0
♂ ☉	65	0
♂ ♀	66	0
♂ ☿	67	0
♂ ☽	68	0
♂ ♄	69	0
♂ ♃	70	0
☊	73	0
☋	75	0
☉	76	156
☉ ♀	77	313

Pla.	Annis	Dies
☉ ☿	79	194
☉ ☽	80	260
☉ ♄	82	52
☉ ♃	83	200
☉ ♂	85	0
♀	86	52
♀ ☿	87	104
♀ ☽	88	156
♀ ♄	89	208
♀ ♃	90	260
♀ ♂	91	313
♀ ☉	93	0
☿	94	313
☿ ☽	96	260
☿ ♄	98	208
☿ ♃	100	156

Tabul

Tabula Alfridariæ Lunæ pro nocturnis Genituris.

Pla.	Anni	Dies
☽	1	104
☽ ♄	2	208
☽ ♃	3	313
☽ ♂	5	52
☽ ☉	6	156
☽ ♀	7	260
☽ ☿	9	0
♄	10	208
♄ ♃	12	52
♄ ♂	13	260
♄ ☉	15	104
♄ ♀	16	313
♄ ☿	18	156
♄ ☽	20	0
♃	21	260
♃ ♂	23	156
♃ ☉	25	52
♃ ♀	26	313

Pla.	Anni	Dies.
♃ ☿	28	208
♃ ☽	30	104
♃ ♃	32	0
♂	33	0
♂ ☉	34	0
♂ ♀	35	0
♂ ☿	36	0
♂ ☽	37	0
♂ ♄	38	0
♂ ♃	39	0
☉	40	156
☉ ♀	41	313
☉ ☿	43	104
☉ ☽	44	260
☉ ♄	46	52
☉ ♃	47	208
☉ ♂	49	0
♀	50	52
♀ ☿	51	104
♀ ☽	52	156

Pla.

Pla.		Anni	Dies
♀	♄	53	208
♀	♃	54	260
♀	♂	55	312
♀	☉	57	0
	☿	58	313
☿	☽	60	260
☿	♄	62	208
☿	♃	64	156
☿	♂	66	104
☿	☉	68	52
☿	♀	70	0
☊		73	0
☋		74	0
	☽	76	104
☽	♄	77	208
☽	♃	78	313
☽	♂	81	52
☽	☉	81	156
☽	♀	82	260
☽	☿	84	0
	♄	85	208

Pla.	Anni	Dies
♄ ♃	87	40
♄ ♂	88	252
♄ ☉	90	160
♄ ♀	91	313
♄ ☿	93	156
♄ ☽	95	0
♃	96	260
♃ ♂	98	156
♃ ☉	100	52

Chronocratores ſive decenniorum Domini quomodo invenien- di ſint.

Chronocratores dicuntur Planetæ de- cem annos nati gubernantes & inve- niuntur ſubſcripta regula. Cum inveni- endi Chronocratores veniunt, adverten- da eſt nativitas an Diurna, ſive Nocturn ſit,quæ ſiquidem ſi diurna fuerit, incipi- endum erit à Sole, ſi nocturna à Luna: cujus annis atque diebus, addendi ſun anni atq; dies Planetæ ſuccedentis, ſecun- dum

dum ſignorum ſeriem Soli ſi diurna eſt generis, vel Lunæ ſi nocturna: ſummæ addendi ſunt iterum anni atque dies Planetæ ſuccedentis huic,& ſic faciendum eſt usque ad completum dominium Solis, vel Lunæ, cum omnibus planetis, quod quidem terminabitur in ſpacio decem annorum temporis, ac etiam aliquorum dierum. Idem facito cum planeta ſuccedente Soli, vel Lunæ, prout nativitas fuerit, & ſic habebuntur anni atque dies, uti in exemplo vides. Planetæ enim gubernantes dum erunt fortes ac fortunati, huiusmodi naturæ producunt tempus datum nati. Ut in exemplo anni 1571. nativitatis exemplificatæ, natus gubernatur à Sole Lunaque. qui quidem Planetæ perdurant in dominio, ſive diſpoſitione, usq; ad annum 8. completum nati, ac inſuper usq; ad dies 295. anni noni, & tunc ſuccedit in dominio Sol & Mars; & hoc modo ſinguli intelliguntur Planetæ.

Tabella

Tabella univerſalium temporum Chronocratorum.

Planetæ	Anni	Dies
☉	1	210
☽	2	30
♄	2	180
♃	1	0
♂	1	90
♀	0	240
☿	1	240

Tabella Chronocratorum exemplificatæ nativitatis.

Planetæ	Anni	Dies
☉	1	210
☉ ☿	3	85
☉ ♄	5	265
☉ ♃	6	265
☉ ☽	8	295

Pli

Planetæ	Anni	Dies.
☉ ♂	10	20
☉ ♀	10	260
☿	12	135
☿ ♄	14	315
☿ ♃	15	315
☿ ☽	17	345
☿ ♂	19	70
☿ ♀	19	310
☿ ☉	21	155

De Gubernatoribus ſive diſpoſitoribus ſeptem ætatum.

Gubernantur etiam ſeptem ætates hominum, à Planetis hoc modo. Luna diſponit atque gubernat natum ab initio nativitatis, usque ad annum quartum completum. Mercurius ſuccedit in diſpoſitione, & perdurat ab initio anni quinti, usq; ad annum 14. completum. Cui ſuccedit Venus, quæ gubernat natum ab initio anni 15. usque ad 22. completum. Huic ſuccedit Sol, is ſiquidem à principio anni 23. usq; ad annum 41. completum, natum regit. Soli ſuccedit Mars, qui per-

durat ab anni 42. principio, ad annum 56. elapsũ. Marti ſuccedit Iupiter qui ætatem nati ab initio 57. añi ad 68. completũ diſponit. Saturnus Jovi ſupravenit, qui m[illegible] tum gubernat ab initio anni 69. usque ad annũ 98. completũ. Quem añum ſi tranſ[illegible] verit natus, iterum eodem ordine plane[illegible] tæ redeunt ad diſpoſitiones: atque ætat[illegible] eodem nomine appellantur. Ætas eni[m] Lunæ vocatur Infantiæ. Ætas Mercu[rii] vocatur Pueritiæ. Ætas Veneris vocat[ur] Adoleſcentiæ. Ætas Solis vocatur Juven[tutis]. Ætas Martis nuncupatur Virilit[a]tis, Ætas Jovis vocatur Senectutis. Æt[as] denique Saturni appellatur Decrepitat[is] uti in ſequẽti tabella conſpiciendum eſt.

Tabella ſeptem ætatum Planetarum.

Planetæ	Ann.	Ætatum Nomina
☽	4	Infantiæ.
☿	14	Pueritiæ.
♀	22	Adoleſcentiæ.
☉	41	Juventutis.
♂	56	Virilitatis.
♃	68	Senectutis
♄	98	Decrepitatis.

His omnibus in aliqua revolutione peractis, veniendum ad judicium illius eſt: pro cujus determinatione advertendum eſt, an dominus anni ſit idem cum diviſore, ac etiam cum chronocratore: qui quidem ſi idem fuerit, & extiterit fortis, ac fortunatus, decernit nato ſalubritatem corporis ac fortitudinem animi; ſi debilis atque infortunatus fuerit, indicabit nato ægritudinem corporis, atq; animi paſſionem. Minimè etiam prætermittendus eſt ſitus omnium Planetarum in Revolutione, qui quidem comparandus eſt conſtitutioni eorundem in radice, & ab omnibus petenda eſt determinatio judicii. Neque pari modo omittenda venit revolutio menſis, atque diei, pro temporis determinatione fortunii, vel infortunii nati. Haud etiam prætereunda ſunt tẽpora durationis accidentis. A Saturno enim infortunia, vel fortunia promiſſa, plurimum erunt duratura, pari modo à ſtellis fixis, ac etiã à Jove, & Marte. Directiones enim continuè duraturæ erunt, donec, & quousque ſignificator rei, aliquem alterius ſtellæ petiverit aſpectum, vel conjun-

ctionem. Accidentia vel fortunia promiſſa à Revolutionibus, pari modo judicantur; erunt enim continuæ durationis quousq; dominus revolutionis in dominio perdurabit. Qui quidem dominus Revolutionis menſuræ ſic inveniendus eſt.

Dominus menſis quomodo inveniendus ſit.

Signum profectionale revolutionis dati anni, erit etiam ſignum progreſſionis menſis primi. ſignum ſubſequens erit ſecundi menſis. Dominus anni revolutionis, erit etiam dominus primi menſis. Dominus ſigni ſubſequentis, erit dominus ſecundi menſis; & ſic de ſingulis. Ut quia in ſupra poſito exemplo profectionis, ſignum profectionale fuit Scorpio, cujus dominus fuit Mars, is igitur conſtituetur dominus primi menſis; ſecundi, eo quia Scorpioni ſubſequitur Sagittarius, is itidem erit ſignum profectionale ſecundi menſis: & Juppiter dominus ejusdem menſis. Sic etiam intelligendum

dum eſt de ſingulis ſignis, ac planetis menſibus diſtributis ac eos dominantibus.

Diem determinare, in quo gr. profectionis ad corpus, vel ad radios fortunæ, vel infortunæ pervenerit.

INgredere ſequentem tabellam cum gradibus diſtantiæ aſpectus, vel longitudinis Stellæ inter gradum profectionis atq; gra aſpectus: & dies dextrorſum, atque horas, ſumito; quibus additis diebus, atque horis revolutionis, aggregatum oſtendit dies accidentis, ſive ad quem pervenit gradus profectionis, ad corpus, ſ. vel aſpectum Stellæ. Ut quia progreſſio anni 1571. exemplificatæ nativitatis, accidit in ſecundo gra. Scorpionis, & in 14. ferè gra. ejusdem ſigni Saturnus mittit ſiniſtram, atque tetragonicam radiationem: à ſecundo igitur Scorpionis ad 14. gra, 12. ſunt intermedii gra. quibus intro tabellam dictam, & inveniuntur dies 146 horæ duæ atq; min. 19. quibus additis diebus revolutionis, 16. ſcilicet Fe-

bruarii, atque 7. ferè horis, proveniunt
162. dies, atque 9. horæ ferè. Quibus
quidem diebus numeratis à principio
Februarii, numeratio incidit in 12. vel 13.
Julii ferè, & tunc erit infortunium. Pari
ratione invenies reliquos dies, cujuscun-
que aſpectus.

Tabella inſerviens inventioni dierum atq; horarum accidentis promiſsi.

G. Diſtantiæ.	Di. G.	ho. reſpondentes	M.
1	12	4	12
2	24	8	23
3	36	12	35
4	48	16	46
5	60	20	58
6	73	1	10
7	85	5	21
8	97	9	33
9	109	13	45
10	121	17	56
11	133	22	8
12	146	2	19

G. Di-

G. Diſtantiæ.	Di. G.	Ho.	M. reſpondentes
13	158	6	31
14	170	10	42
15	182	14	54
16	194	19	6
17	206	23	17
18	219	3	29
19	231	7	40
20	243	11	42
21	255	16	4
22	267	20	15
23	280	0	27
24	292	4	38
25	304	8	50
26	316	13	
27	328	17	13
28	340	21	25
29	353	1	37
30	365	5	49

Circa vitæ Spatium.

Hylech, Arab Aphetæ, Græc. ſ. vitæ Significatores, à Ptolomæo. V. conſtituuntur: ☉. ☾. H. ⊕. Planeta prædominans in loco ☉. ☾. H. ⊕. ☌. aut ☍ luminarium præcedent. Nativitatem h. ordine: in Genitura diurnâ ſi ☉. eſt in loco Aphetico, & idoneo, ut MC. D. XI. non diſtans ab orientali linea plus grad. 25. in æquinoctial. IX. VIII. & omnibus ſupra terram, excluſis. VIII. XII. tunc fit ſignificator; ſin autem eſt in VIII. XII. & ☾ in loco Aphet. tunc hæc præfertur, ſi ambo luminaria hiſce careant, accipitur Planeta digniſs. in locis prædictis, modo fuerit repertus in Loco Aphet. ſi nec iſte idoneus, aſſumitur H. ſ. linea Or. In Genitura Nocturnâ: ☾ in loc. Aphet. reperta præpollet: Si in VIII. XII ſub terrâ, & ☉ in 25. gr. poſt. lin. or. in crepuſc. matut. tunc hic erit: ſi nec iſte idoneus, Planeta iterum inquiritur prædominans in Locis illis, & an ſit in loco Aphet. ſi nec iſte accipitur, ⊕. quando præceſſe-

rit

rit ☍. præcedente ☌. modo ſit in Loco Aphet. omnibus ineptis, eligitur H Regi-on. ſi fuerint duo tres ſignificatores in lo-cis Aphetic. ut ☉ ☾. & Dominus illor. locor. tunc eligatur fortior & ratione di-gnit. & ratione ſitus: ex ☉ & ☾ poten-tior e g. ☾ in MC. cum dignit. ☉ pere-grino in VII IX. etiam Nativit. Diurn. præfertur ſicut Dominus locor. indigni-tatib. potentior Luminaribus. Quidam Aſcendens ſolum dirigunt pro vitâ. A-næretæ Abſciſſores vitæ, ſunt corpora ♄. ♂. eorumque ☍. II. Antiſcia, imperan-tia & obedientia, ✱. in ſignis longar. Aſcenſion. △ brevium cum ☉ per dire-ctionem venit ad ☾. vitæ ſignifatric. in-terimit: idem multi ſtatuunt de □. & ☍. cùm Apheta ad ſuum □. h. e. 75. gr. ad minus contingit, etiam occidit. poſito Apheta inter cuſpidem VII & MC, unus ſtatuitur Anæreta h. e. angul. occidet reli-qua corpora, aut radii maleficor. inter A-phet. & occid grad. non interficiunt, ſed minuunt. vel años addũt ex directione A-phet. ad gr. occident, monſtrat. quæ dire-ctio eadem eſt, cum Aſc. ad ☍ Aphet. ☾

Apheta, ☉ ☍ □ corpus eſt Anæreta ☿ eſt anæreta, ſi maligatatis particeps. Aſcend. Apheta, ☾ nocet. Anæretæ ſunt ☊☋. ſtellæ violen. cuſpis D. 18. Planetæ in 8. Ejusq; Dominus, termini Malorum Anaretæ ſub ☉ nec juvant, nec perdunt ſique Anæreta & Apheta contrariam latitud. habent.

Alii conſentiunt, & eosdem admittunt vitæ ſignificator. præter Dominum illor. locor. ſed Aſc & lineam Or. primariò, & Luminaria ubiq; ſub ac ſupra Terram. Anæretas quoque eosdem, præterea corpus ☾. □. ☍. præſertim Aſcendente Apheta: corpus ☉. cum rad. maleſ. Lunam Aphet. vel quemcunque alium corrumpit, ſi ♂. aut ♄. ſit imbutus Domus item IV ☊☋ Drac. cor. ♌ Palilit Antar. Hercul. Lanc. ♎. & alias fixas. Dominum VIII. terminos maleficorum Comet. Eclipſ. in loco Aphet. Planetæ ſub radiis nec nocent nec juvant. Aphetæ a Quadrat. eſt ultimus vitæ Terminus, hinc in Italia poteſt quis vivere, 120. Ann. ſi Aſcend. Aphet. in principio ♌ usque ad

prim

principium ♍. In Germaniâ & regionib. Septentr. longius.

In figura Revolutionis ſi in locum directionis incidant, Aſpectus ☌ □. ☍. ♃. ♀. ita tamen ut radii ♃. vel corpus non diſtet à loco directionis, plus gr. 12. ſicut. ♀. 8. tutelam afferunt.

Accidentium Humanor. Tempora cognoſcuntur certius ex directionib. infirmius ex Profectionibus Ann. Menſtr. diurn. Revolutionibus mediocriter: inquire igitur Aphetam, ad quem locum Anæreticum directione, profectione, aut Revolutione perveniat: ſi ægritudinis cauſa eſt à Revolutione, vel profectione morbi ſpecies ut plurimum erit de natura malefici, locique Aphetici: ſi à directione Maleficus, ſive alius locus decernit ægritudinem, Qualitatem v. etiã planeta, vel ſtella fixa vel planetæ radio ſuccedens vel antecedens loco directionis primario, vel Anæreta ipſe: ut ſi apheta accedat per directionem ad ♄. & radius ♂. ſuccedat, Morbus erit ab illo, ab hoc a. qualitas calida. Quando igitur Morbus *invadit*, apheta afficitur à malefico, niſi

ſuccedat ex generali conſtitutione, ſi Luminare, vel Aſc. & Or. lin. fuerint directione afflicta, à ♄. & hic qualitatem ſignificat: ſi morbus eſt ab infauſtâ profectione. maleficus & magnitud & qualitate demonſtrabit, ad quem Apheta profectione devolvitur..

Circa Medicinam

Temporis conditio conſideranda eſt, & Epidemiorum impetus: in Solſtitiis Æquinoct. luminar. conjunctio oppoſit. exortu ſtellar. adurentium, ut ſunt Syrius, Procyon, Antares, Palilit. Sægal. Capell. Hercul. &c. caute agendum. Motu ☾. ut cauſa dier. Critic. attendend. Facultas vitalis à Sole regitur, fovetur à radiis benig. ♃. ♀, roboratus calidis & ſiccis temperat. ut & cal. ac humidis. Animalis intellectio. ☿. ſenſitiv. ☾. ♃. ♀ ſubeſt. Naturalis, regitur à ♃. ☾. qui ♂ diſpoſit. absq; noxâ maleficor. fovetur, calid. & humid.

Attractrix, calida & ſicca, à ☉. ☾. aſcendente. ♈. ♐. roboratur, non ♌. qui prohibetur in V.S. & Pharmaciâ.

Retentrix frig. & ſicca. ♄, regitur, roboratur à ☾. in Sign. Terr. Con-

Concoctrix & digeſtiv. calid. humid. Jovem & ☾ in ♎ ♒. non ♊. amat.

Expulſiv. frig. humid juvatur à ☾. in ſign. humid. ♋. per Electuar. ♏. per pot. ♓. per pill. cum ⚹. △. qui ♃. cont. bilē. cum rad. ☉. ♂ piſcium cum ⚹. △. ♃. melanch. Cavendum eſt à ☾ ☌. □. ☍. cum ♄. ♂. ☉.

☾. in ſign. ruminant: ♈. ♉. ♌. ♑. excitat vomitus: & cum aſcendit in Epicyclo, vel ſi tempore exhibitionis domini loci ☾. & Aſcend. ſunt ſupra terram: Aſpectus a. ♃ ♀. cum ☾. ſunt melior.

Purgationib. idoneum tempus eſt vel & Autumn. vel nec exceſſivè calid. nec intensè frig.

Medicamēta dātur ☾ in ſign. humid. & ♎. ♒. potius de quam creſcente ſingulis menſibus, ☾ in ♒ ♓. ♊. ♐. cū ſradiis benefic. ☌ ♃. ☾. nocet.

Balnea in morbo ſicco; requirunt ☾. cum ſign. humid in humid. ſign ſicc.

Crines renaſcuntur pulcrior. ☾. creſcent. in ♉: ♍. ♎. cum ⚹ △. ♃. ♀. ſine rad. malef. non redeunt, ☾ decreſc. in ♋. ♏. cum rad. ☉. ☿.

Ungues reſecantur: ☾ creſc. in ♈. ♉. ♌. ♎ cum aſpect. ♀. ☉.

Oculi curantur, ☾. in ♋. ♉. ♊. ♒. ♓. ♐. ♎. cum bonis aſpect. ♃. ♀.

Morbi Epidemii oriuntur ex Aëris conſtitutione vel nimiâ ſiccâ, vel humidâ. Euri domiantes in æſtate augent calorem & fermentationes, in Hyeme frigus adſtringendo.

Subſolani in medio æſtatis caliditatem & ſiccitatem, hyeme & vere diuturniores catarrhos promovent, mediocres ſunt ſalubres. Euronoti exiccant & atram bilem generant, Auſtri, humectant & putrefaciunt, ut & ejus Collateral. Favonius Autumno eadem, vere & æſtate eſt ſaluberr. Circius, Corus, in principio veris, & fine Autumni flant, nocent, muſculis, nervis & articulis, fulmina & procellas excitant. Boreas nocet pectori, & catarrhos demittit ♄. ventos or. ♃. Boreal. ♂. occid. ♀. Auſtra movet.

In venæ ſectione omnia ſigna idonea ſunt, præter ♊. ♌. Sanguineis terrea, cholericis humida, melancholicis ♎. ♒. phlegmaticis ♈. ♐.

Senib

Senib. nocet ultima ☾. Quadra. Luna ſub radiis ☉ prohibet V. S. 2. dies ante & poſt. ☌ ☾. ♄. ♂ ☊ ☋. die ante & poſt: ſic □. ☍. ♄. ♂. ☌. ☉. ♄. ♂. □. ☍. die ante & poſt. ☌ ☍. □. ♄. ♃. ♂. 12. hor. ☌ ⚹ △. ♃. vel ♀. ⚹. △. ♃. ☉. ♀. ☌ ♃. ⚹. ♀. △ ⚹. △. ♄. vel ♂. non impediunt, Luna cũ ☿. bona vel mala: curſu vacua, non prohibet: ſic in Cucurb. cum & ſ. ſcarif. hirudin. Quæ Evacuationes ſemper fieri debent, ſi nihil urgeant, ventriculo vacuo, ſereno Cœlo, flante vento ſeptentr. orient. non Auſtral. & collateral. vicinis.

Circa Ægritud.

Magnitudo & exitus cognoſcuntur per directiõn. Luminar. & Horoſc. ad malefic. revolution. Anni, & aliorum temporum diviſiones, profection, tranſit, ſi hæc omnia validè mala, ſine beneficis decubitus etiam erit difficilis: ſin a. directio debilis revolutio non infauſta adſunt benefici profection. favorab. Luminar. & Horoſc. ſuper malefic. melior quoque eventus, præſertim quando ex figu-

figura decubitus & principio morbi cau-
ſa non habetur.

An ſint chronicæ, aut breves? ex Ge-
nituræ direction. revolutione, & decubi-
tu conjecturatur: Nam directio Lumi-
nar. aut H. ad ♄. Longitud. ſimiliter Si-
gnificator vitæ & promiſſor malefic. de-
biles: Apheta a fortis, & maleficus debi-
lis brevitat notant & ſalut. è contra ſi A-
næreta fortis, & Apheta debilis, ſic Hyem
longos, æſtas breviores ver ſalubres mor-
bos affert, Autumnus pernitioſ. ♃. ♀.
